CANONES PAENITENTIALES,

QVIBVS ORDINE SVCCEDVNT HI TRACTATVS:

IDEST,

I Paenitentiale Romanum.
II De remedijs peccatorum, Venerabilis Bedæ Presbyteri.
III Paenitentium Liber, Rabani Mauri Moguntinensis Archiepiscopi.
IV Epistola canonica Sancti Gregorij Nysaeni episcopi, ad Sanctum Letoium Melitenes episcopum.
V Epistolae canonicae Sancti Gregorij Thaumaturgi, episcopi Neocesariensis canon vltimus.
VI Canones paenitentiales Astensis.

Cum quibusdam Notis ANTONII AVGVSTINI, Archiepiscopi Tarraconensis.

Episcopis, Archiepiscopis, Cardinalibus, Paenitentiarijs, Theologis, & Confessoribus quibuscunque delictorum pœnitentiam impositeris, scitu admodum digni: vt animabus peccatorum laqueis irretitis, opportuna noscant adhibere remedia.

Cum Indicibus materierum, & Capitum, singulorum Tractatuum.




[redacted] [redacted]

VIN CENT

[redacted]
Conuentus S. Mariæ de Victoria
Carmel. Discal. Romę.



VENETIIS, Apud Felicem Valgrisium. M D LXXXIIII.



ANTONII
AVGVSTINI
ARCHIEPISCOPI
TARRACONENSIS

Praefatio.



RES Paenitentiae ſacramenti partes conſtat eſſe: Contritionem, Confeſsionem, & Satisfactionem. De Satisfactione in concil. Tridentino tum ſeſsione ſexta capite quartodecimo, tum ſeſsione XIV. capite octauo. agitur; doceturq. ieiunijs, eleemoſynis, orationib. & alijs pijs ſpiritalis vitae exercitationibus faciendam; hos enim fructus dignos paenitentiae vocat, qui a Chriſto domino Patri offeruntur. Debent ergo, inquit ſynodus, ſacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & paenitentium facultate, ſa-

lutares, & conuenientes satisfactiones iniungere. ne si forte peccatis conniueant, & indulgentius cum paenitentib. agant, leuissima quaedam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem prae oculis; vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouae vitae custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Nam Claues sacerdotum non ad soluendum dumtaxat; sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Et sessione xxiv. capite octauo, Apostolus monet, publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igitur ab aliquo publice, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, vnde alios scandalo offensos, commotosq. fuisse non sit dubitandum: huic condignam pro modo culpae paenitentiam publice iniungi oportet. vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suae emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Episcopus tamen publicae hoc paenitentiae genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire. De hoc genere satisfactionum permulta exstant antiqua Patrum testimonia, & omnium temporum exempla. Nam & Clemens Petri

tri successor libro secundo capite XVI. constitutionum Apostolorum aperte de paenitentia peccantib. indicenda ab Episcopis ieiunij duarum, aut trium, aut quinq. aut septem hebdomadum conscribit; & canone Apostolorũ LXII. LXXIII. LXXIV. & LXXVI. ἐπιτίμιον, [illegible], καὶ μετανοήσας scribit; quibus vocibus postea pro paenitentia, siue satisfactione, & pro paenitere, & paenitente, posteriores usi sunt. Apertius beatus Cyprianus, exorta Nouati, & Nouatianorum haeresi, multa de hac ipsa satisfactione scripsit: ut lib. I. epist. VIII. & li. III. epist. VIII. & XIV. & li. IV. epist. IV. & in libro de lapsis, cuius initium est, Pax ecce dilectissimi. Exstant hodie Graeci hac de re canones multor. uirorum sanctissimorum: quorum principes sunt Dionysius Alexandrinus, & Gregorius Neocaesariensis cognomento Thaumaturgus, & Petrus martyr Alexandrinus Episcopus, qui antiquiores Nicaeno concilio fuerũt. Sed & synodus Ancyrana, & Neocaesariensis, quae itidem priores fuerunt Nicaena, diligenter de hac eadem satisfaciendi parte canones conscripserunt. Iam uero ipsa Nicaena synodus oecumenica, & prouinciales Eliberitana, & Arelatenses duae magna diligentia poenas criminib. & satisfactionem paenitentibus statuunt. Aurei quoq. illius saeculi singulos Patres,

qui

qui fuerunt post Nicaenam synodum, & in alijs duab.generalibus synodis Constantinop. & Ephesina interfuerunt; & in multis prouincialib.Graecis, atq. Latinis, longum est enumerare. sed eorum referam nomina, qui canones Graecos conscripserunt.Athanasius Alexandrinus, Basilius Caesariensis, Gregorij duo, alter cognomento Theologus Nazianzenus, alter Nysaenus, cuius epistolam ad Letoium infra scripsimus item Alexandrini tres Episcopi, Timotheus; & Theophilus, & Cyrillus. Adduntur his Gennadij Constantinopolitani, & Tharasij epistolae, qui posteriores superiorib. fuerunt. Si quis etiam canones synodorum aut Graecos, aut Latinos legat eorum temporum, multo magis id animaduertet, & magnam illam diligentiam in singulis criminib. coercendis admirabitur. Addantur illa, quae in historijs leguntur de magno illo Antistite Ambrosio Mediolanensi, qui Theodosium Imp. coegit agere paenitentiam de Thessalonicensi caede, qua negauit pollutum adire posse sanctissima numina. Quo exemplo in Gallia Ludouicus Pius Imp. Caroli magni filius paenitentiam publice agere a sacerdotibus coactus est: & Henricus Imp.a Gregorio VII. non ante absolutus est, quam paene nudus publice satisfaceret. Quid illud Nectarij

rij CP. aliud facinus docet, quam fuisse in ea vrbe presbyterum constitutum huic paenitentiae iudicio, & solere satisfactiones publice, caussasq. earum omnibus referri? At ex Leonis quoq. reprehensione epistola lxxiix.ca.ii.ad Episcopos Campaniae, constat, aliquando in vsu fuisse, vt publice se reum quisq. confiteretur etiam eorum criminum, quae occulte gessisset. Neq. verum est, quod hostes huius sacramenti dicunt, Nectarium expulisse confessioni praefectos sacerdotes, neq. amplius in Oriente paenitentias indictas fuisse. Nam contra est, quod permultis Graecis synodis, postea habitis eadem est religio paenitentiarum, atque obseruatio. Et in octaua synodo sub Hadriano Minori habita CP. actione ix. nominatim, quod genus satisfactionis singulis resipiscentib. aut antea indictum sit, aut tum primum indicatur, diserte exponitur. Interrogantur enim Graeci imaginum fractores, & venientes ex schismate Photiano, num antea fuerint crimen confessi, & quod epitimium acceperint? illi exponunt, quid egerint. & eis, qui non satisfecissent, epitimia indicuntur. Iam illa, quid recensere opus est, quae multis nota sunt, & veterum decretis constituta? Initio quadragesimae eijci solitos ex ecclesia paenitentes sacco indutos, & cinere a-

spersos,

ſperſos,feria quinta ante Paſcha abſolui. Alijs quoq anni temporib.paenitentes cum cathecumenis foras mitti,ex formulis ſacrificiorum tam Graecis,quam Latinis conſtat. Id ad audientes proprie exſpectat.Erant enim alij,qui extra portas eccleſiae flentes dicebantur; alij, qui conſiſtentes,atq. ſubiecti,ſacris non arcebantur, ſed ſolius oblationis, atq. communionis euchariſtiae expertes fuerunt. Sed operaepretium eſt, Theodulfi Epiſcopi Aurelianenſis uerba referre cap. XXXVI. ad presbyteros Aurelianenſes. Fuit autem is temporibus Caroli Magni, & Ludouici Pij Imperatorum. Hebdomada una, inquit, ante initium quadrageſimae confeſsiones ſacerdotib. dandae ſunt, paenitentia accipienda, diſcordantes reconciliandi,& omnia iurgia ſedanda, & dimittere debent debita inuicem de cordibus ſuis,ut liberius dicant: Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitorib. noſtris.Et ſic ingredientes in beatae quadrageſimae tempus,mundis, & purificatis mentib. ad ſanctum Paſcha procedant,& per paenitentiam ſe renouent,quae eſt ſecundus baptiſmus.Quib. uerbis apparet, magnopere nos a ueterum diſciplina receſsiſſe; cum hodie nullo magis tempore digna magnis poenis, ac paenitentia fiant, quam illis proximis ante quadrageſimam

diebus

diebus quibus oportuit confessiones fieri, vt quadragesimae initio satisfacere paenitentes possemus. Et quidem non paenitentes solos, sed & omnes Christianos cilicia, & cineres accipere solere, iudicant quae hodie caerimoniae sacrae fiunt, verbisq. concilii quarti Toletani cap.x.confirmantur. Tunc enim, inquit, opus est fletib. ac ieiunio insistere, corpus cilicio, & cinere induere, animum maeroribus deiicere, gaudium in tristitiam vertere, quousq. veniat tempus resurrectionis Christi. Et in concilio Toletano tertio cap.xii. Quicumq. inquit, ab Episcopo, vel presbytero sanus, vel infirmus paenitentiam postulat; id ante omnia Episcopus seruet, & presbyter; vt si vir est siue sanus, siue infirmus, prius eum tondeat, aut in cinere, & cilicio habitum mutare faciat; & sic paenitentiam ei tradat. Si vero mulier fuerit; non accipiat paenitentiam, nisi prius velata fuerit, aut mutauerit habitum. Et in Agathensi concilio cap.xv. ita scriptum est. Paenitentes tempore quo paenitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super caput a sacerdote, sicut vbiq. constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur, & nisi digne paenituerint, non recipiantur. Et in concilio Meldensi cap. lxxvi. Nemo Comi-

tum, aut quisquam ex iudiciaria potestate post quartam feriam, quae caput ieiunij nominatur, in qua omnes paenitentes manus impositionem ad vacandum solummodo paenitentiae, & diuinis officijs accipiunt, placitum, aut mallum tenere praesumat. De quinta feria ante Pascha ita scriptum inuenio ab Innocentio epist. I. cap. VII. De paenitentib. qui siue ex grauiorib. commissis, siue ex leuiorib. paenitentiam gerunt, si nulla interueniat aegritudo; quinta feria ante Pascha eis remittendum, Romanae ecclesiae consuetudo demonstrat.

CVM igitur haec esset vetus satisfactionis, & paenitentiae obseruatio in tanta hominum, & temporum varietate, necesse fuit, vt modus, & ratio indicendi has poenas conscriberetur; & vt canones colligerentur de eisdem delictis, siue criminib. scripti; eos posteri Paenitentiales libros, & canones dixerunt. A Graecis autem nomocanones vocantur; quibus regulae conciliorum, & illorum Patrum, quorum nomina supra scripsimus, colliguntur. A Latinis in Corpore canonum positi sunt canones conciliorum Orientis, interprete Dionysio Exiguo, & canones Sardicenses, & Africani, siue Carthaginienses, atq. etiam canones quorundam Romanorum Pontificum a Syricio ad Gregorium mi-

norem.

norem. Paenitentiales libri tres commemoran tur, Theodori Cantuariensis Archiepiscopi, & Bedae presbyteri, & quod Paenitentiale Roma num vocatur. Fuit autem Theodorus natione Graecus a Vitaliano Papa missus in Britanniam insulam, in qua tum alia multa, tum has paenitentiae regulas constituit. Hunc non longo interuallo Beda secutus est, qui etiam Romanum librum vidisse dicitur, & ex eo Theodori librum auxisse, alijs etiam aliunde acceptis. Hos libros fateor me numquam legisse, sed tantum in Burchardi Vormaciensis, & Iuonis Carnotensis col lectionib. fragmenta quaedam eorum inuenisse, item apud Anselmum Lucensem, & alios, quorum mentionem in notis nostris inuenies. Et quamuis a nobis collectio quaedam nomen Bedae praeferens, & alia Paenitentialis Romani edatur; non esse credimus veteres illos libros. sed Bedae libellum inuenimus inter opera Bedae editum cum ea inscriptione De remedijs peccatorum, vt a nobis quoq. in vulgus datur. Eius libri aliquam partem inueni a Burchardo referri alio nomine: & facile ex his, quae in notis dixi, & ex collatione cum fragmentis Bedae Paenitentialis ab eodem Burchardo, & ab alijs relatis, differentia vtriusq. libri apparebit. Paenitentiale Romanum a nobis editum multo posterius

est Beda, & illo veteri Romano libro, quorum verba etiam refert. Namque hic Gregorij VII. & Vrbani, & Calisti, & Innocentij Minoris verba scribuntur, qui multis annis fuerunt Beda posteriores. Sed & quaedam videntur ex Gratiani libro esse accepta, vt postea dicemus. Hunc librum in Michaelis Thomasij Ilerdensis Episcopi bibliotheca inueni sine scriptoris, aut libri inscriptione, quem non inutilem esse iudicaui, & Romanum appellaui; quod ex ea vrbe ad nostras manus venerit. Tertius a me liber hac de re est editus Rabani libellus, qui Paenitentium inscribitur, qui licet nonnullorum manibus tereretur, non satis erat cognitus, quantum in hoc genere excelleret. Fuit is Archiepiscopus Maguntiae, temporibus Ludouici Pij Imp. Caroli filij, de quo supra diximus. Vsus autem Rabanus esse videtur Corpore canonum & Isidori Mercatoris priori editione, quod ad concilia tantum attinet prouincialia. Nam Romanorum Pontificum epistolas nullas refert, praeter eas, quae post Damasum conscriptae sunt, & in Corpore canonum exstant. Quarto loco posuimus pulcherrimam Gregorij Nysaeni epistolam, qua tota haec satisfactionis disciplina ac curate traditur. Cui addita est de locis paenitentium breuis collectio, quae Graego-

rij Thaumaturgi esse dicitur. Postremo Canones XLVII. Paenitentiales, sine nomine in Gratiani collectione referri solitos, posuimus ex Astensis summa, qui ab Ostiensi acceperat, sumptos: quos falso nonnulli putant, ad forum tantum iudiciale pertinere. Non tamen negamus, & illos, & magnam eorũ partem, quae hoc volumine continentur, vix posse extra iudicium ab his, qui occulta crimina audiunt, & satisfactiones indicunt, exequi. Tamen admonere paenitentes possunt, quam olim veteres vindictam eisdem criminib. indixissent. In publicis vero criminib. coercendis in vtroq. vt vocant, foro, maior esse vsus potest: illis exceptis, quae temporum ratio non patitur. Est etiam delectus habendus, & ratio auctoritatis constituentium, in quo video multos iuris Pontificii studiosos vehementer decipi; qui Gratiani collectionem parem vim cum Gregoriana habere putant. Cum tamen Gregorius nonus Pontificia auctoritate vsus, omnib. in eo volumine Decretalium contentis vim legis statuerit, Gratianus vnius Magistri, & monachi personam gerens ea, quae refert, non maiori pollere potuit efficere auctoritate, quam antea fuerunt. Itaq. si qua sunt ab eodem relata ex Pontificiis epistolis, aut ex conciliis generalibus sumpta, ea suprema illa potestate,

qua

qua excellunt, apud omnes vim legis obtinent: at quae ex prouincialib. concilijs, aut ex Episcoporum, aut aliorum sanctorum virorum libris, aut epistolis accepta sunt, ea generalem non habent auctoritatem. Accidit autem saepe, vt falsae sint apud Gratianum inscriptiones singulorum capitum, quod etiam in nostro Paenitentiali Romano euenit, vt ex notis nostris cognosci potest: ita fit, vt ne illa quidem capita vim legis obtineant, quae dicantur esse sumpta ex Romanorum Pontificum, aut ex generalium conciliorum decretis: sed necesse est adire fontes, vnde emanarunt, vt certa ab incertis distinguamus. Quod supra de Gratiani auctoritate diximus, idem in Theodori, Bedae, & Rabani paenitentialib. libris, idem in Burchardi, Iuonis, & Anselmi collectionib. locum habet. Rabanus tamen ceteris praestat in aliorum verbis referendis, quae vel ex concilijs, vel ex Corpore canonum sunt; qui liber approbari videtur a Leone quarto in epist. ad Episcopos Britanniae. Ad extremum id lectores admoneo: vt in hoc genere librorum Pauli Apostoli oraculi meminerint: OMNIA probate; quod bonum est, tenete.

Editionis Auctoritas.

EGO Iacobus Reig I.D. Canonicus ecclesiae Tarraconensis, atq. Officialis, & Vicarius generalis illustriss. D. mei Antonij Augustini Archiepiscopi, visa relatione facta per Reuerendum Bartholomaeum Roca Doctorem Theologum, Canonicum, ac Paenitentiarium huius sanctae metropolitanae ecclesiae, cui commissus fuit videndus liber hic, qui CANONES PAENITENTIALES cum quibusdam notis Antonij Augustini Archiepiscopi Tarraconensis, inscribitur; licentiam concedo imprimendi, atq. vendendi in vrbe, & dioecesi Tarraconensi dictum librum. In cuius rei fidem has litteras fieri iussimus.

Tarracone die xvij. Mart. M. D.LXXXII.

V. Reig Vic. generalis, &
Offic. Tarracon.

POENITENTIALE ROMANVM.

Tit. I. De homicidio.

INDEX CAPITVLORVM.

De interfectoribus sacerdotum. Cap. I.
De eadem re. II.
De homicidio non sponte commisso. III.
De domina, quae in furore suo ancillam suam verberauerit, & sic perierit. IV.
De illo, qui publice paenitentem occiderit. V.
De insano, si homicidium perpetrauerit. VI.
Quod tria sint genera homicidarum. VII.
De illo, qui non vult reconciliari fratri suo. IIX.
De detractoribus. IX.
De illis, qui pro vindicta parentum homicidium committunt. X.
De illo, qui vxorem suam sine iudicio occiderit. XI.
De eadem re. XII.
De his, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderint. XIII.
De diuersis homicidijs voluntarie, siue nolenter. XIV.
Si plures homines vnum impugnauerint. XV.
De homicidijs diuersis ab ecclesiasticis viris commissis. XVI.
De illo, qui consentit ad homicidium faciendum. XVII.
De illo, qui aliquem percusserit, & sanguinem fuderit. XIIX.
De eo, per cuius consilium homicidium fit. XIX.
De illo, qui iussu Principis tyrannum occiderit. XX.
De eo, qui pugnauerit cum alijs contra aliquem, & occisus fuerit. XXI.
De illo, qui patrem, aut matrem, aut alios propinquos occiderit. XXII.
De illo, qui debilitauerit aliquē in aliquo membro. XXIII.
De illo, qui interfecerit furem, aut latronem. XXIV.
De illo, qui accusauerit aliquē, & occisus fuerit. XXV.
De ea, quae filium suum occiderit. XXVI.
De eadem re. XXVII.
De eadem re. XXIIX.

De his, qui opprimunt infantem suum nolenter. xxix.
De eadem re. xxx.
De his, quorum filij sine baptismo per negligentiam moriuntur. xxxi.
De illis, qui conceptum excutiunt. xxxii.
De illis feminis, quae aborsum fecerint. xxxiii.
De illo, qui occiderit aliquem de ecclesiasticis viris. xxxiv.

Ex concilio Maguntiensi, cap. xxiv.

De interfectoribus Sacerdotum. *CAP. I.*



QVI presbyterum occiderit, duodecim annorum ei paenitentia secundum canones imponatur. at si negauerit, si liber est, cum septuaginta duobus iuret; si autem seruus, super duodecim vomeres feruentes se expurget. Conuictus noxa, vsque ad vltimum vitae tempus militiae cingulo careat, & absque spe coniugij maneat.

Ex concilio Vvormaciensi, cap. iii.

De eadem re. *CAP. II.*

QVI sacerdotem voluntarie occiderit, carnem non comedat, & vinum non bibat cunctis diebus vitae suae; ieiunet vsque ad vesperam, exceptis festiuis diebus, atq. Dominicis; non arma sumat, equum non ascendat; ecclesiam per quinque annos non ingrediatur, sed ante fores ecclesiae stet: post quinque annos ecclesiam ingrediatur, nondum vero communicet, sed inter audientes stet. Cum autem fuerit duodecim annorum cursus finitus, communicandi ei licentia concedatur, & equitandi tribuatur remissio: maneat autem in reliquis obseruationib. tres dies per hebdomadem, vt perfectius purificari mereatur.

Ex concilio Ancyritano.

De homicidio non sponte commisso. *C. III.*

SI quis casu non volens homicidium fecerit, quadraginta dies in

in pane, & aqua paeniteat; his vero peractis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat. Post biennium in communionem orationis suscipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinentia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

Ex concilio Elibertano.

De domina, quae in furore suo ancillam suam verberauerit, & sic perierit. C. IV.

SI qua domina furore zeli accensa flagellis ancillam suam verberauerit, ita vt intra tertium diem animam cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinquennij tempora, acta legitima paenitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Ex decreto Siluestri Papae.

De illo, qui publice paenitentem occiderit. C. V.

SI quis hominem publice paenitentem interfecerit, vt homicidium sponte commissum dupliciter paeniteat; & nisi in finem non communicet.

Ex concilio Turonensi.

De insano, si homicidium perpetrauerit. C. VI.

SI quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem peruenerit, leuior ei paenitentia imponenda est, quam ei; qui sana mente tale quid commiserit: cui, quamuis paenitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur, tantum tamen leuior, quàm ei, qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum, & insanum irrationabile a rationabili constat esse discriminis.

Ex epistola Clementis Papae.

Quod tria sint genera homicidarum. C. VII.

HOmicidarum vero tria genera esse dicebat, & poenam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosq. odientes, homicidas esse manifestabat. Quia & qui occidit, & qui odit fratrem suum, & qui detrahit, pariter homicida esse monstratur.

Ex decreto Fabiani Papae.

De illo, qui non vult reconciliari fratri suo. C. IIX.

SI quis non vult reconciliari fratri suo, quem odio habet; tamdiu in pane, & aqua paeniteat, vsque dum reconcilietur ei.

Ex concilio Agathensi.

De detractoribus. C. IX.

SI quis promptus, facilisq. ad detrahendum est, dicensq. quod verum non est; septem dies in pane, & aqua sequestratus a fraterno consortio paeniteat.

Ex paenitentiali Theodori.

De illis, qui pro vindicta parentum homicidium committunt. CAP. X.

QVI pro vindicta fratris, aut aliorum parentum hominem occiderit; ita paeniteat, vt homicidia sponte commissa: sum ipsa veritas dicat, Mihi vindictam, ego retribuam.

Ex decreto Pii Papae.

De illo, qui vxorem suam sine indicio interfecerit. C. XI.

ADmonere te cum lacrymis, & multo gemitu curo, fili Heistulfe; si tamen filius dici debeas, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetrasti. Nam occidisti partem corporis tui, scilicet vxorem tuam legitimo matrimonio sociatam, sine causa mortis; non tibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitae tuae: non inuenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem: sed incitatus a diabolo, impio inflammatus furore, latrocinij more, atrocior, & crudelior omni bellua, eam gladio tuo interemisti. Et nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum improbe praedo; qui matri non pepercisti, & filios tuos ideo orphanos fecisti, vt superinduceres mortis causam post mortem. Et per vnum homicidam, & reprobum testem inculare vis mortuam. hoc nec Euangelium, nec vlla diuina, humanaq. lex concedit, vt vnius testimonio, etiam idoneo, aliquis condemnetur, vel iustificetur. Quanto magis per istum tam flagitiosum, & scelestum, nec illa viua debuit condemnari; nec tu poteris post eius mortem excusari. Prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda; & tunc, si rea fuisset inuenta, secundum legis tramitem debuit excipere vltionis vindictam. Nam & si verum, quod absit, fuisset, sicut ille adulter mentitus est; post septem annos paenitentia peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses: occidere eam nullatenus debuisti. Duo consilia proponimus tibi; accepta tecum deliberatione, duorum elige magis, quod placeat, & miserere animae tuae: & tu hic in isto angusto tempore positus, ne sis tu ipse tuimet homicida, & in aeternum pereas. Relinque hoc malignum saeculum, quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, humiliare sub manu Abbatis; & multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo, quae tibi ab Abbate fuerint imperata; si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Istud consilium, vt certissime scias, leuius, ac salubrius est; vt sub alterius custodia lugeas deflenda peccata. Secundum autem consilium tale est. Arma depone, & cuncta saecularia negotia dimitte. Carnem, & sagimen

men omnibus diebus vitae tuae non comedas, excepto vno die Resurrectionis Domini, & vno die Natalis Domini. Ceteris temporibus in pane, & aqua, & interdum leguminibus, & oleribus paeniteas. In ieiunijs, in vigilijs, & orationibus, & in eleemosynis persenera omni tempore. Vinum, & medonem, & mellitam, & ceruisam nunquam bibas, nisi in illis praedictis tribus dieb. Vxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium non facias, absque coniugio in perpetuo permaneas. Numquam te in balneo laues, equum non ascendas, causam tuam, & alterius in conuentu fidelium non agas. In conuiuijs laetantium numquam sedeas, in ecclesia segregatus ab alijs Christianis post ostium humiliter stes, ingredientium, & egredientium orationibus te suppliciter commendes. Communione sacri corporis, & sanguinis Domini cunctis dieb. vitae tuae indignum te existimes: in vltimo termino vitae tuae pro viatico, si obseruaueris consilium, vt accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa duriora, quae tibi iuxta pondus tanti facinoris essent adijcienda. Sed si haec omnia, quae supradicta, misericorditer dicta sunt, perfecto corde, Deo auxiliante, perfeceris, & custodieris; confidimus de immensa clementia Dei, remissionem tuorum peccatorum te habiturum; & secundum boni, iustique pastoris imperium, resoluat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, vt per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine redemerat, sis solutus in caelis. Sin autem aliter feceris, & sanctae matris Ecclesiae salubre consilium despexeris; ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, maneas: sanguisq. tuus sit super caput tuum, & sub indissolubili anathemate permaneas; donec Deo, & sanctae Ecclesiae satisfacias.

Ex concilio Elibertano.

De eadem re. *C. XII.*

SI mulier maritum suum causa fornicationis veneno interfecerit, aut quacumque arte perimere facit, quia dominum & seniorem suum occidit, saeculum relinquat, & in monasterio paeniteat.

De

De his, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occidunt. C. XIII.

GRegorius Bonifacio Maguntino Archiepiscopo. De his, qui patrem, matrem, fratrem, aut sororem occiderunt; decreuimus, vel decernimus, vt toto vitae suae tempore corpus non suscipiant Dominicum, nisi in sui temporis exitu, pro viatico. Abstineant autem se a carnis comestione, & potu vini, donec vixerint. Ieiunent secundam, & quartam, & sextam feriam; vt sic possint deflentes diluere commissum scelus.

SYNODVS CL. patr. sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata.

De diuersis homicidijs voluntarie, siue nolenter. C. XIV.

QVI voluntarie genitorem suum, aut genitricem occiderit, extra patriam septem annis exul fiat: tunc demum vsq. ad mortem cum fletu, & gemitu paeniteat. Si autem nolens occidit, decem annis paeniteat, iudicio sacerdotis. Qui voluntarie filium suum, vel filiam suam, vel germanum, aut germanam suam occiderit, quinque annis extra metas ipsius terrae exul fiat: deinceps viginti annis inermis cum fletu, & luctu paeniteat. Si autem nolens, septem annis paeniteat. Qui vero voluntarie auum suum, vel auiam, vel neptem suam, vel patruum, aut auunculum, seu amitam, siue materteram, aut filium, vel filiam germani sui, aut germanae, seu consobrinum suum, siue consobrinam suam occiderit; viginti annis inermis cum fletu, & luctu paeniteat. Qui voluntarie de propria cognatione sua occiderit, id est a tertia vsque ad septimam: si vero tertia fuerit, duodecim annis inermis paeniteat: si quarta, vndecim annis paeniteat: si quinta, decem: si sexta, nouem: si septima, octo annis paeniteat. Si autem nolens, arbitrio sacerdotis paeniteat. Qui voluntarie patrem suum, aut matrem, vel filium, aut filiam de Sancto lauacro, seu fratrem, siue sororem in Christo, aut dominum suum, vel dominam, seu vxorem suam occiderit, quinque annis extra metas ipsius terrae exul fiat: tunc demum quindecim annis inermis paeniteat. Si vero nolens, septem annis paeniteat. Qui vitricum suum voluntarie occiderit, aut nouercam, seu priuignum,

gnum, siue priuignam, vel socerum suum, aut socrum suam, seu generum suum, siue nurum, decem annis paeniteat. Si vero nolens, quinque annis paeniteat. Si laicus alterum laicum occiderit, septem annis paeniteat. Si autem in secularibus hominibus h c detestamur scelus, quanto magis in clericis, & in monachis. Fortasis & enim si quando femineus sexus de his sceleribus aliquod malum attrectauerit, similiter vt congruum femineo est sexui, ita paeniteat. Valde pensandum est suprascriptis omnibus personis, e quibus aliquid ex his saeuissimis malis aliquibus irrepserit; si per ignorantiam, si per infirmitatem, si per industriam. Grauius est infirmitate, quam per ignorantiam; grauius industria, quam per infirmitatem peccare. Sic semper prouidendum est peritissimis sacerdotibus.

Ex concilio apud Vvarmerias.

Si plures homines vnum impugnauerint. C. XV.

SI quatuor, aut quinque homines, seu etiam plures contra vnum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit; quicumq. eorum plagam ei imposuit, secundum statuta canonum vt homicida iudicetur. Reliqui autem, qui eum impugnabant, volentes eum interficere, similiter paeniteant. Qui nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerint, sed tantum affuerunt, extra noxam sint.

De homicidijs diuersis ab ecclesiasticis viris commissis. C. XVI.

IVdicium canonum. Si quis homicidium fecerit, si Episcopus, quindecim annis paeniteat & deponatur: cunctos dies vitae suae peregrinando finiat. Presbyter duodecim annis paeniteat; quattuor ex his in pane, & aqua: & deponatur superiori sententia. Diaconus decem annis paeniteat; tres ex his in pane, & aqua. Clericus, & laicus septem annis paeniteat tres in pane, & aqua: ad gradus cuiuslibet sacerdotij accedere non praesumat.

De illo, qui consentit ad homicidium faciendum. C. XVII.

SI quis ad homicidium faciendum consenserit, & factum fuerit, septem annis paeniteat; tres in pane, & aqua. Si autem voluerit, & non poterit, tribus annis paeniteat. Si quis nolens homi-

homicidium fecerit, quinq. annis paeniteat; duob. in pane, & aqua.

De illo, qui aliquem percusserit, & sanguinem fuderit. C. XIIX.

SI quis aliquem per iram percusserit, & sanguinem fuderit, aut debilitauerit; soluat ei prius impensas, & opera, & medicum quaerat: & si laicus est, quadraginta dieb. in pane, & aqua paeniteat: si clericus, duas quadragesimas: si diaconus, septem mensibus: si presbyter, anno vno.

De eo, per cuius consilium homicidium fit. C. XIX.

COnsiliatus es homicidium, & non fecisti, & occisus est homo ille propter tuuum consilium: quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paeniteas.

De illo qui iussu Principis tyrannum occiderit. C. XX.

FEcisti homicidium in bello iussu legitimi Principis, qui pro pace hoc fieri iusserat; & interfecisti tyrannum, qui pacem peruertere studuit: tres quadragesimas per legitimas ferias paeniteas. Si autem aliter fuerit, id est, si sine iussu legitimi Principis; vt homicidium sponte commissum paeniteas, id est, quadraginta dies, cum sepeem sequentibus annis.

De eo, qui pugnauerit cum aliis contra aliquem, & occisus fuerit. C. XXI.

FVisti cum alijs, qui pugnauerunt contra aliquem, aut in domo propria, aut in alterius domo, aut in aliquo loco, vbi se defendere sperauerat; & lapidem in eum proiecisti, aut sagittam, aut spiculum aliquod aduersus eum misisti, & occidere voluisti; & non est a te percussus, nec vulneratus; tamen ab alijs, cum quibus eum impugnabas, occisus est: quadraginta dies in pane, & aqua paeniteas, & septem sequentes annos ita obserues, vt consuetudo est.

De illo, qui patrem, aut matrem, aut alios propinquos occiderit. C. XXII.

FEcisti parricidium, id est, interfecisti patrem, aut matrem, fratrem, sororem, patruum, auunculum, materteram, aut aliquid tale fecisti: si casu, non sponte, neq. in ira tua percu-

tere voluisti, sed casu euenit; vt homicidium sponte commissum debes paenitere: si autem ex industria, & in ira tua fecisti, istud obseruare debes: vt per vnius anni circulum ante fores basilicae orans Domini clementiam perseueres completo anni circulo introducaris in ecclesiam; tamen in angulo ecclesiae; vsque dum vnius anni spatium finiatur, stes. his ita peractis, si paenitentiae fructus in te conspicitur; corporis, & sanguinis Domini particeps fias, vt non obdureris desperatione. Carnem non manduces omnibus diebus vitae tuae. Ieiunes autem vsq. ad nonam cotidie, exceptis festis diebus, atq. Dominicis. Abstineas autem te a vino, medone, mellita, ceruisa, tres dies per hebdomadem. Arma portare non debes, nisi contra paganos. Et vbicunque ire volueris, nullo vehiculo deducaris; sed pedibus proprijs pergas. Ab vxore, si habeas, non separeris; si autem non habueris, aliam non ducas. Tempus autem huius paenitentiae in Episcopi tui arbitrio sit; vt secundum conuersationem tuam, aut extendere, vel minuere valeat.

De illo, qui debilitauerit aliquem in aliquo membro. C. XXIII.

Fecisti truncationem manuum, aut pedum, aut oculos fratris tui eruisti, aut vulnerasti aliquem: pro truncatione, quia proximum, & fratrem tuum debilem, & sibi inutilem fecisti; nisi pro furto, aut pro latrocinio, siue pro pace communi fecisses, vno anno grauiter paenitere per legitimas ferias debes: pro vulnere autem, si graue est, & si cicatrices deformes habuerit, eo quod proximum tuum, & fratrem deformem reddideras, quadraginta dies in pane, & aqua paenitere debes.

De illo, qui interfecerit furem, aut latronem. C. XXIV.

Interfecisti furem, aut latronem, vbi comprehendi poterat absq. occisione, & tamen interfecisti; quia ad imaginem Dei creatus, & in nomine eius baptizatus, & sanguine eius redemptus est, quadraginta dies non intres ecclesiam. lanea veste indutus, ab escis, & potibus, qui interdicti sunt, & a thoro, a gladio, & ab equitatu illos supradictos dies te abstineas. In tertia autem feria, & in quinta, & sabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, & pomis, vel paruis pisciculis, cum mediocri ceruisa vtere, & temperate. Si autem sine odij meditatione, te, tuaq. liberando, diaboli membrum interfecisti; secundum indulgen-

dulgentiam dico, propter imaginem Dei, si aliquid ieiunare volueris, bonum est tibi; & elemosynam fac largiter. Si presbyter eadem fecerit, non deponatur: tamen quamdiu viuit, paenitentiam agat.

De illo, qui accusauerit aliquem, & occisus fuerit. C. XXV.

ACcusasti aliquem, & per tuam accusationem occisus est, nisi pro pace; quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paenitere debes. Si autem per tuam delaturam debilitatus est, tres quadragesimas paenitere debes per legitimas ferias.

De ea, quae interficit filium suum post partum. C. XXVI.

INterfecisti filium, vel filiam voluntarie post partum, duodecim annis paenitere debes; & nunquam sis sine paenitentia. Mulier autem paupercula, si fecerit pro difficultate nutriendi, septem annis paeniteat.

De eadem re. C. XXVII.

MVlieres quaedam, vt audiuimus, quae ex fornicatione concipientes, metuentes ne scelus, quod occulte perpetrauerunt, manifestum fieret; infantes, quos pepererunt, occiderunt, in terrae congerie cooperuerunt, aut in aquas proiecerunt. Quod quantum nefas sit, canones Ancyrani, & Elibertani, atq. Ilerdensis concilij testes sunt. His itaq. vix in fine dandam esse communionem decernunt. Sed humanius tractantes, post decem annorum paenitentiam, tales placuit ad communioinem recipi.

De eadem re. C. XXIIX.

DE mulieribus quae fornicantur, & partus suos necant; vel quae agunt secum, vt ytero conceptos excutiant; antiqua quidem definitio vsque ad exitum vitae eas ab Ecclesia remouet. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus secundum praefixos gradus paenitentia largiatur.

De his, qui opprimunt infantem suum nolenter. C. XXIX.

OPpressisti infantem tuum sine voluntate tua, aut pondere vestimentorum tuorum suffocasti, & hoc post baptis-

mum factum fuerit; quadraginta dies in pane, & aqua, & oleribus paeniteas, atq. leguminibus & a coniuge te abstineas, donec illi quadraginta dies pertranseant. Post tres annos paeniteas per legitimas ferias, & tres quadragesimas in anno obserues. Quod si ante baptismum infans oppressus fuerit, proximos quadraginta dies, vt supra dictum est, paeniteas; postea vero quinquennium expleas.

De eadem re. *C. XXX.*

INuenisti infantem tuum iuxta te oppressum, vbi tu, & vir tuus simul in lecto iacuisti, & non apparuit, vtrum a patre, seu a te suffocatus esset; non debetis securi esse, nec esse sine paenitentia. Sed tamen in his magna consideratio debet esse pietatis, vbi nulla mala voluntas fuit, sed propria mors, tamen propter negligentiam, quadraginta dies debetis paenitere. Si autem vos non latet, interfectores esse infantis, non voluntate, sed negligentia; tres annos paenitere debetis, vnum ex his in pane, & aqua: & tempore paenitudinis ab omni luxuria vos custodire debetis.

De his, quorum filij sine baptismo per negligentiam moriuntur. *C. XXXI.*

CVius paruulus sine baptismo per negligentiam moritur, tres annos paeniteat; vnum in pane, & aqua. Infans infirmus, & paganus commendetur presbytero, si moritur absq. baptismo, deponatur: & si per negligentiam parentum fuit, annum vnum paeniteat.

De illis qui conceptum excutiunt. *C. XXXII.*

SI quis causa explendae libidinis, vel odij meditatione, vt non ex eo soboles nascatur, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non posset generare, aut concipere; vt homicida teneatur.

Ex paenit. Rom.

De illis feminis; quae aborsum fecerint. *C. XXXIII.*

SI qua mulier aborsum fecerit voluntarie, tres annos paeniteat.

De illo, qui occiderit aliquem de ecclesiasticis viris. C. XXXIV.

OCcidisti tu ipse, aut aliquis per tuum consilium aliquem de ecclesiasticis viris Deo dicatis, aut psalmistam, aut ostiarium, aut lectorem, aut exorcistam, aut accolytum, aut subdiaconum, aut diaconum, aut presbyterum; per singulos ordines, & singulos gradus singulariter paenitere debes. Ita faciendum est tibi, vt pro psalmista, quadraginta dies in pane, & aqua, quod Theutonice carina vocatur, cum septem sequentibus annis paeniteas. Pro ostiario, similiter. Pro lectore, similiter. Pro exorcista, similiter. Pro acolyto, similiter. Pro subdiacono, similiter. Pro diacono, similiter. Pro presbytero, similiter. quia omnis praesbyter octo ordines habet. Quapropter omnis qui interfecerit voluntarie presbyterum, ita debet paenitere vt octo homicidia sponte commissa; & numquam debet esse sine paenitentia: Tamen secundum Vvormaciense concilium ita debes paenitere. Si sacerdotem voluntarie occideris, carnem non manduces, vinum non bibas cunctis diebus vitae tuae. Ieiunes cotidie vsque ad vesperam, exceptis diebus festis, & Dominicis. Arma non feras, equum non ascendas, ecclesiam per quinquennium non ingrediaris, sed ante fores ecclesiae stes. Post quinquennium ecclesiam ingredere, nondum vero communices; sed in angulo ecclesiae stes, vel sedeas. Cum autem fuerit duodecimi anni circulus finitus, communicandi tibi licentia concedatur, & equitandi tribuatur remissio. Maneas autem in reliquis obseruationibus tres dies per hebdomadam, vt perfectius purificari merearis.

Tit. II. De periurijs, & de paenitentia eorum.

INDEX CAPITVLORVM.

De illis, qui iubentibus dominis suis periurium fecerint. c. I.
De illis, qui pro vita redimenda periurium fecerint. II.
De eadem re. III.
De illis, qui se scienter periurauerint. IV.
De eadem re. V.
De eadem re. VI.

De-

De illis, qui sacramentum Regis violant. VII.
De illo, qui periurat per cupiditatem. IIX.
De eadem re. IX.
De eadem re. X.
De eadem re. XI.
De illo, qui consentit ad falsum testimonium. XII.
De falso testimonio, quod capitale sit crimen. XIII.
Qualiter puniatur falsus testis. XIV.
Quod iuramenta soluēda sunt, quae ad malum faciendum facta sunt. XV.
Quod definitio incauta soluenda sit. XVI.
De eadem re. XVII.
Iuramentum filij. XIIX.

De illis, qui iubentibus dominis suis, periurium fecerint. C. I.



QVI compulsus a domino, periurat se sciens; vtriq. sunt periuri, & dominus, & miles: dominus, quia praecepit; miles, quia plus dominum, qua m animam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane, & aqua paeniteat, & septem sequentes annos. Si seruus eiusdem est, tres quadragesimas per legitimas ferias paeniteat.

De illis, qui pro vita redimenda periurium fecerint. C. II.

SI quis coactus, pro vita redimenda, vel pro qualibet causa vel necessitate se periurat; quia plus corpus, quam animam dilexit, tres quadragesimas; alij iudicant tres annos; vnam ex his in pane, & aqua paeniteat. Qui periurium in ecclesia fecerit, decem annos paeniteat.

De eadem re. C. III.

FEcisti periurium coactus per necessitatem, aut pro vita tua; quia dilexisti corpus, plus quam animam, quadraginta dies in pane, & aqua paenitere debes; & omnes sextas ferias, quae sunt in vnius anni circulo, in pane, & aqua paeniteas; & non redimas vllo pretio.

Ex Paenit. Theod.

De illis, qui se scienter periurauerint. C. IV.

SI quis suspicatur, quod ad periurium ducatur, & tamen ex consensu iurat; quadraginta dies paeniteat, & septem sequentes

tes annos, & numquam sit sine graui paenitentia.

Ex decreto Pelagij Papae.

De eadem re. C. V.

SI quis se periurauerit, & alios sciens in periurium duxerit; quadraginta dies paeniteat in pane, & aqua, & septem sequentes annos, & numquam sit sine paenitentia. Et alij, si conscij fuerint, similiter paeniteant: sin autem, singuli, vt periurium non sponte commissum paeniteant.

Ex decreto Fabiani Papae.

De eadem re. C. VI.

QVicumque sciens se periurauerit, quadraginta dies in pane, & aqua, & septem sequentes annos paeniteat, & numquam sit sine paenitentia, & numquam in testimonium recipiatur: & post haec communionem percipiat.

Ex dictis Augustini.

De illis, qui sacramentum Regis violant. C. VII.

SI quis laicus iuramentum violando profanat, quod Regi, & domino suo iurat, & postmodum peruerse eius regnum, & dolose tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur; quia sacrilegium peragit, manum suam in Christum domini mittens, anathema sit, nisi per dignam paenitentiae satisfactionem emendauerit, sicuti constitutum est a sancta synodo: id est, saeculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & paeniteat omnibus diebus vitae suae. Verumtamen communionem in exitu vitae cum eucharistia accipiat. Episcopus vero, presbyter, vel diaconus, si hoc crimen perpetrauerit, degradetur.

De illo, qui periurat per cupiditatem. C. IIX.

FEcisti periurium per cupiditatem, quadraginta dies in pane, & aqua, quod vulgus carinam vocat, & septem sequentes annos

annos ita obſerues, vt conſuetudo eſt; & quamdiu viuis, omnes ſextas ferias in pane, & aqua ieiunes. Et ſi redimere volueris, vno denario, vel pretio vnius denarij; vel tres pauperes paſcendo, poteſtatem habeas redimendi. Talem paenitentiam Paenitentialis Romanus praecipit.

SI quis per cupiditatem periurauerit; omnes res ſuas vendat, & pauperibus diſtribuat, & monaſterium ingreſſus, iugi paenitentiae ſe ſubdat.

De eadem re. C. IX.

FEciſti periurium ſciens, & alios in periurium adduxiſti; quadraginta dies in pane, & aqua paenitere debes, & ſeptem ſequentes annos, ita vt conſuetudo eſt, obſeruare debes: & tot periuria debes ieiunare, quot homines ſciens ad periurium adduxiſti, Et ipſi ſua periuria eme ndent, vt ſupra notatum eſt, ſi ſcienter fecerint: ſin autem, leuius.

De eadem re. C. X.

SI iuraſti per capillum Dei, aut per caput eius, vel alio modo blaſphemia contra Deum vſus fueris; ſi ſemel neſciens feciſti, ſeptem dies in pane, & aqua paeniteas. Si ſecundo, vel tertio increpatus feciſti, quindecim dies in pane, & aqua paeniteas. Si per caelum, aut per terram, ſiue per ſolem, aut lunam, aut per aliam aliquam creaturam; quindecim dies paeniteas.

De eadem re. C. XI.

SI ſacramento te obligaſti, vt ad pacem alicuius inimici tui nullo modo redires; pro periurio vno anno a corpore, & ſanguine Domini ſis ſequeſtratus, & quadraginta dies in pane, & aqua paeniteas. Ad caritatem vero, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter redi.

De illo, qui conſentit ad falſum teſtimonium. C. XII.

QVi conſenſerit ad falſum teſtimonium, quinq. annos paeniteat.

De falſo teſtimonio, quod capitale ſit crimen. C. XIII.

NOuerint falſi teſtes, quod ſi falſum teſtimonium capitale crimen non eſſet, nequaquam Dominus in Euangelio inter

prin-

principalia crimina hoc annumerasset. Ait enim: De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia. Et ideo similiter debet paenitere, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida.

Qualiter puniatur falsus testis. C. XIV.

FVisti in falso testimonio, ita dico, vt testimoniares, & affirmares, hoc verum esse, quod falsum erat; & hoc fecisti propter amorem alicuius, siue per praemium, siue propter timorem; ita debes paenitere, sicut adulterium, & homicidia sponte commissa, Domino dicente; De corde enim exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia. Et ideo debet paenitere, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida. Si propter timorem fecisti illius, a quo timere potuisti, & membra perdere, aut vitam, & ad vltimum bona tua; tunc diuide paenitentiam, & postea praeuide, ne tibi vlterius contingat.

Hieronymus.

Quod iuramenta soluenda sunt, quae ad malum faciendum facta sunt. C. XV.

TRia iuramenta soluenda sunt. Primum, cum quis malefacere iurat, hoc est, homicidium, vel quodlibet malum; non est seruandum iuramentum, vel sacramentum: veluti si quispiam adulterae coniunctus, perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur; tolerabilius est, non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio, inde dicitur: Omnem nodum iniquitatis dissolue. Secundo, cum quis incaute iurat, non putans esse peccatum. Tertio, si mulier sita in aetate puerili, in domo patris, se iuramento constrinxerit, si pater statim cum audierit, contradixerit; vota eius, & iuramenta irrita erunt.

Ex concilio Hibernensi.

Quod definitio incauta soluenda sit. C. XVI.

DEfinitio incauta laudabiliter soluenda: nec praeuaricatio est, sed temeritatis emendatio.

Ex eodem.

De eadem re. C. XVII.

SI puella sita in puerili aetate, in domo patris se iuramento constrinxerit, & si pater statim vt audierit, contradixerit; vota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

Ex concilio Aurel.

Iuramentum filij. C. XIIX.

IVramentum filij, aut filiae, nesciente patre; & vota monachi, nesciente Abbate; & iuramenta irrita sunt pueri.

Tit. III. De fornicatione, & incesto diuersi generis; & de paenitentia vtriusq. sexus, & diuersae aetatis.

INDEX CAPITVLORVM.

Si laicus absolutus cum laica absoluta peccauerit. c. I.
De vxore, quae conscio marito moechata fuerit. II.
De viro vxorem non habente, si cum alterius vxore adulterium

rium perpetrauerit. III.
De eo, qui habens vxorem semel lapsus fuerit. IV.
De illo, qui se ignorante cum sorore vxoris suae fornicatus est. V.
De eadem re. VI.
De eadem re. VII.
De illo, qui cum duabus sororibus, vel cum nouerca sua, vel cum sorore sua, vel cum reliquis propinquis fornicatus est. IIX.
De illo, qui cum matrem habuerit vxorem, cum filiastra fornicatus fuerit. IX.
De illo, qui cum filia, ignorante matre, fornicatus est. X.
De illo, qui stuprauerat quandam, quam frater eius postea duxerit vxorem. XI.
De muliere, cum qua pater, & filius fornicati sunt. XII.
De illo coniugato, qui cum filia materterae suae, vel auunculi, vel patrui, vel amitae fornicatus fuerit. XIII.
Qualiter paenitere debeat, qui incestum fecerit. XIV.
De mulieribus, quae aliquo molimine inter se fornicantur. XV.
De his, qui irrationabiliter versati sunt. XVI.
De illis, qui cum pecudib. fornicantur. XVII.
De illis, qui fornicantur sicut Sodomitae. XIIX.
Item de commixtione animalium. XIX.
Item de fornicatoribus. XX.
De illis, qui per illecebrosos amplexus feminarum polluuntur. XXI.
De clericis, qui per malas cogitationes semen effuderint. XXII.
De sodomitico peccato. XXIII.
De his, qui fornicati sunt vt Sodomitae. XXIV.
De eo, qui fornicari vult, & non potest. XXV.
De incestis occultis commissis. XXVI.
De illis, qui libidinose puellā obtrectauerit, aut mulierē. XXVII.
De illis, qui in balneo cum mulieribus se lauerint. XXIIX.

Si laicus absolutus cum laica absoluta peccauerit. C. I.



I laicus cum laica femina, id est, vterque absolutus a lege coniugij, concubuerit; tres annos paeniteat: & quanto saepius, & negligentius ea peccata commiserit, tanto magis & tempus addatur, & modus paenitentiae.

Ex concilio Magotiensi.

De vxore, quae conscio marito, moechata fuerit. C. II.

SI conscio marito, & ipsa consentiente, vxor fuerit moechata; placuit, nec in finem dandam eis communionem. Si vero eam reliquerit, & separati fuerint, & digne paenituerint; post decem annos accipiant communionem.

De viro vxorem non habente, si cum alterius vxore adulterium perpetrauerit. C. III.

QVod si vir non habens vxorem, cum alterius vxore adulterium perpetrauerit; aut si qua mulier non habens virum, cum alterius viro: ille qui foedus violauit coniugij, septem annos paeniteat; ille qui lege coniugij non tenetur, quinque annos paeniteat. Neq. enim aequalis paenitentia danda est his, quibus sufficere poterit ad explendam libidinem suam coniugem amplexus; & illis, qui coniuge carentes, ardore libidinis impellente, in fornicationem inciderunt.

De eo, qui habens vxorem semel lapsus fuerit. C. IV.

SI quis forte habens vxorem, semel lapsus fuerit; placuit eum quinquennium agere debere paenitentiam, & sic reconciliari: nisi necessitas infirmitatis coegerit, ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas obseruandum est.

Ex concilio Triburiensi.

De illo, qui se ignorante cum sorore vxoris suae fornicatus est. C. V.

IN lectum mariti, absente vxore, soror iuit vxoris, quam ille vxorem suam putans, dormiuit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem veram hoc probauerit, quod inscius fecerit; paenitentiam quidem, quae sibi indicta fuerit, agat; legitimum suum coniugium habere permittatur: illam digna vindicta affligi, & in aeternum coniugio priuari.

Ex

Ex eodem concilio.

De eadem re. *C. VI.*

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & soror sororem ab eodem antea stupratam nescierit; vel si ipse sororem eius, quam antea stuprauit, non intellexerit: si digne paenituerint, & se continere non valuerint, post septem annos coniugia illis non negentur. Si autem non ignorauerunt, usq. ad mortem a coniugio abstineant.

Ex eodem concilio.

De eadem re. *C. VII.*

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus vitae suae paeniteat: soror autem, quae de alia sorore nesciuit, licentiam habeat nubendi.

Ex concilio Magontiensi.

De, illo qui cum duabus sororibus, vel cum nouerca sua, vel cum sorore sua, vel cum reliquis propinquis fornicatus est. *C. II X.*

SI quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum nouerca sua, vel cum sorore sua, vel cum amita sua, vel cum matertera sua, vel cum filia patrui sui, aut auunculi sui, vel cum filia amitae suae, siue materterae suae, vel cum nepte sua, vel cum commatre sua, vel filiola sua, quam de fonte suscepit, vel ante Episcopum tenuit; & si qua mulier simili modo fornicata fuerit; abstineat se ab ingressu domus Dei anno vno: & eodem anno, nisi Dominicis, & festis diebus solummodo pane, & aqua, & sale vtatur; arma non ferat, osculum nulli praebeat, sacrificium, nisi pro viatico, minime sumat. Sex deinde annis ingrediatur quidem domum Dei, sed carnibus, & vino, & sicera minime vtatur, nisi festis diebus: de armis vero, & osculo, siue sacrificio, sicut supra dictum est. Postea vero duobus annis quando carne vescitur, a potu omni, quo inebriari potest, se contineat.

Et

esse, ut taliter lapsis cum digna paenitentia legitima permittantur coniugia, quam forte deterius delinquant. Fornicaria autem sine spe coniugij maneat.

De illo coniugato, qui cum filia materterae suae, uel auunculi, uel patrui, uel amitae fornicatus fuerit. C. XIII.

INterrogatum est, si quis cum filia materterae suae, uel amitae, uel auunculi, uel patrui concubuerit, si coniugatus fuerit, liceat ne illi ulterius suo uti coniugio; aut non coniugatus uxorem accipere. Iustum est enim, sicut aliqua statuta priorum habent, vt in perpetuum a coniugio tales abstineant. Visum est tamen, humanae fragilitatis intuitu, vt post paenitentiam non quidem penitus priuentur coniugio; durissime tamen tam immanis fornicatio vindicetur: sicut sanctus Papa Nicolaus, & alij Romani Pontifices statuerunt, ne forte desperati multiplicius peccent.

Qualiter paenitere debeat, qui incestum fecerit. C. XIV.

QVI dormierit cum nouerca sua, & qui cum nuru sua; & qui filiam, & matrem duxerit, & qui acceperit sororem suam, morte moriatur. Si enim in lege turpitudinem incestus mortis sententia vindicare iussit; quomodo in Euangelio, ubi summa iustitia est, incestuosus peccati paenitentiam euadet? Igitur Thedorus iudicauit, eum, qui incestum fecerit, duodecim annos paenitere debere; alij quindecim, alij decem, alij septem. Sed nos priscorum Patrum vestigia sequentes, his solis spatium paenitentiae temperemus, qui deuote, & cum lacrymis paenitentiam gerant. Ceteri definitum tempus obseruent.

De mulieribus, quae aliquo molimine inter se fornicantur. C. XV.

MVlier, quocumque molimine aut in se ipsa, aut cum altera fornicans, duos annos paeniteat.

De his, qui irrationabiliter uersati sunt. C. XVI.

DE his, qui irrationabiliter versati sunt, siue versantur, id est, qui cum pecoribus, & masculis se coinquinauerint, quotquot ante viginti annos aetatis tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in paenitentia, communionem mereantur orationum. deinde quinquennio in hac communione durantes,

viginti annos habens vxorem huic peccato succubuerit, viginti quinque annos humilitati subiaceat, & quinq. annos in orationibus; & sic communicet.

Item de fornicatoribus. C. XX.

MOechatus es cum vxore alterius tu non habens vxorem, quadraginta dies in pane, & aqua, quod in communi sermone carina vocatur, cum septem sequentibus annis paeniteas.

SI moechatus es tu vxoratus cum alterius vxore, quia habuisti quomodo impleres tuam libidinem, duas carinas, cum quattuordecim sequentibus annis paeniteas: vnam, quia super vxorem tuam alteram habuisti; ecce vnum adulterium. habuisti etiam alterius vxorem; ecce alterum adulterium. & numquam debes esse sine paenitentia.

SI tu solutus ab vxore cum femina vacante stuprum perpetrasti, quadraginta dies in pane, & aqua paeniteas: si cum propria ancilla, similiter paeniteas.

SI fecisti fornicationem cum sanctimoniali, id est, cum sponsa Christi; quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus paeniteas: & quamdiu viuas, omnes sextas ferias in pane, & aqua obserues.

SI corrupisti virginem, & postea eam suscepisti vxorem, eo quod solas nuptias, quod maximum est, violasti; annum vnum per legitimas ferias paeniteas. Si autem non duxisti eam post corruptionem vxorem, duos annos per legitimas ferias paeniteas.

ACcepisti illam tibi vxorem, quam alter sibi desponsatam habuerat; dimitte illam, quia numquam tibi potest fieri legitima; & quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paeniteas.

COntigit tibi, vt vxor tua, te conscio, & hortante, cum alio viro, illa autem nolente, adulterium perpetraret: si fecisti, quadraginta dies in pane, & aque paeniteas, & septem annos, vnum ex his in pane, & aqua; & numquam sis sine paenitentia. Si autem vxor tua hoc probare potuerit, quod tua culpa, & tuo iussu se renuente, & luctante adulterata sit; si se continere non potest, nubat cui voluerit, tantum in Domino. Tu autem sine vxoria spe in perpetuo maneas. Illa autem, si consentiens fuerat,

D eadem

eadem ieiunet, quae tibi proposita sunt, & sine spe coniugij maneat.

Concubuisti cum vxore tua vel cum alia retro canino more; quadraginta dies paeniteas.

Concubuisti cum vxore tua die Dominico, quattuor dies paeniteas.

Si concubuisti cum vxore tua postquam infans motum in vtero fecerat, vel saltim quadraginta dies ante partum, vel in tempore purificationis suae, vel menstruo tempore; decem dies paeniteas.

Si fecisti fornicationem cum matre tua, quindecim annos paeniteas, vnum ex his in pane, & aqua; & absque spe coniugij permaneas, & numquam sis sine paenitentia. Mater autem tua, si non consentiens fuit, iuxta arbitrium sacerdotis paeniteat; & si se continere non vult, nubat in Domino.

Si fecisti fornicationem cum commatre tua; separari debes ab ea; & quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paeniteas.

Si fecisti fornicationem cum filiola tua spirituali, quam de fonte suscepisti, aut ad manus Episcopi tenuisti; separari debes ab ea quadraginta dies, cum septem sequentibus annis paeniteas.

Si fecisti fornicationem cum sorore tua, decem annos per legitimas ferias, vnum ex his in pane, & aqua paenitere debes; & quamdiu viuas, paenitentiam agas, & esse sine spe coniugij. Soror autem tua, si consentiens non fuit, paenitentia peracta; si se continere non potest, nubat in Domino.

Fecisti fornicationem, sicut Sodomitae fecerunt, ita vt in masculini terga, & in posteriora virgam tuam immitteres, & sic secum coires more Sodomitico; si vxorem habuisti, & semel, vel bis fecisti, decem annos per legitimas ferias paenitere debes, vnum ex his in pane, & aqua. Si in consuetudine habuisti, duodecim annos per legitimas ferias paenitere debes. Si cum fratre tuo carnali idem scelus perpetrasti, quindecim annos per legitimas ferias paeniteas.

Si cum masculo inter coxas, vt quidam solent, fornicationem fecisti, ita dico, vt tuum virile membrum inter coxas alterius mitteres, & sic agitando semen effunderes; quadraginta dies in pane, & aqua paeniteas.

Fecisti

FEcisti fornicationem, vt quidam facere solent, ita dico, vt tu ipse in manum tuam veretrum alterius acciperes, & alter tuum in suam, & sic alternatim veretra manibus vestris commoueretis, & sic per illam delectationem semen a te proijceres; triginta dies in pane, & aqua paeniteas.

SI fecisti solus tecum fornicationem, vt quidam facere solent, ita dico, ut tu ipse tuum uirile membrum in manum tuam acciperes, & sic duceres praeputium tuum, & manu propria commoueres, & sic per delectationem semen a te proiceres; decem dies in pane, & aqua paeniteas.

FEcisti fornicationem, ut quidam facere solent, ut tuum uirile membrum in lignum perforatum, aut in aliquod huiusmodi mitteres, & sic per illam commotionem a te semen proijceres; uiginti dies in pane, & aqua paeniteas.

FEcisti fornicationem contra naturam, id est, ut cum masculis, uel cum animalibus coires, id est, cum equa, uel vacca, vel cum asina, uel cum alio aliquo animali; si semel, uel bis fecisti, & si uxorem non habuisti, quod adimplere tuam libidinem potuisses; quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paenitere debes, & numquam sis sine paenitentia. Si autem vxorem habuisti, decem annos per legitimas ferias paeniteas. Si autem in consuetudine habuisti scelus illud, quindecim annos paenitere debes. Si in pueritia tibi contigerit, centum dies in pane, & aqua paenitere debes. Si autem seruus est qui haec fecerit, & vxoratus est, & cum animalibus peccat; si cum scopis bene castigatus fuerit, tres annos per legitimas ferias paeniteat. Si autem seruus sine vxore haec fecerit, item verberibus castigatus, duos annos per legitimas ferias paeniteat. Si autem talis est seruus, vt gratis verbera pati non velit, & est tam digna persona, ita paeniteat, vt ille qui ingenuus est.

SI obtrectasti turpitudinem tu coniugatus alicuius feminae, ita dico, si mammillas eius, & verenda obtrectasti; tres dies in pane, & aqua paeniteas. Si autem non fuisti coniugatus, vno die in pane, & aqua paenitere debes.

FEcisti quod quaedam facere solent, quando libidinem se vexantem extinguere volunt; quasi coire debeant, & possint, coniungunt inuicem puerperia sua, & sic confricando pruritum illarum extinguere desiderant: si fecisti, tres quadragesimas per legitimas ferias debes paenitere.

Ex paenitentiali Bedae.

De illis, qui per illecebrosos amplexus feminarum polluuntur. C. XXI.

QVI per illecebrosos amplexus feminae, vel osculo polluitur, tres dies paeniteat. Qui tetigerit inuerecunde carnem eiusdem feminae, tres dies paeniteat. Qui per turpiloquium polluitur, septem dies paeniteat. Presbyter, si osculatus fuerit per immundum desiderium feminam, decem dies paeniteat. Si inquinatus fuerit, viginti dies paeniteat. Qui in ecclesia per somnium polluitur, tres dies paeniteat. Qui insomnis voluntate pollutus est, surgat, & cantet septem psalmos paenitentiales, & in die triginta. Qui peccare voluerit insomnis, & non fuerit pollutus, viginti quattuor psalmos cantet.

Ex paenit. Rom.

De clericis, qui per malas cogitationes semen effuderint. C. XXII.

CLericus, si semen fuderit non tangendo per malas delectationes, septem dies paeniteat. Si tangit cum manu, decem dies paeniteat. Si diaconus viginti dies. Si presbyter, tres hebdomadas. Presbyter, si semen fuderit per cogitationem, septem dies paeniteat. Monachus similiter. Qui voluntarie semen fuderit in ecclesia, si clericus est, duodecim dies: si monachus, aut diaconus, triginta dies: si presbyter, quadraginta: si Episcopus, quinquaginta.

Ex paenit. Rom.

De Sodomitico peccato. *C. XXIII.*

EPiscopus fornicationem faciens naturalem, duodecim annos paeniteat; presbyter decem, diaconus nouem, subdiaconus octo, clericus septem, laicus sex annos paeniteat. Frater carnalis cum fratre carnali fornicationem faciens, quindecim annos ab omni carne se abstineat. si semen in os miserit, septem annos paeniteat. Alij dicunt, vsq. in finem vitae paenitere debere. Viri inter femora fornicantes, vnum annum paeniteant. Si inter nates,

nates, duos. Si inter crura fornicantes, si pueri sunt, vnum annum paeniteant: si viri, duos annos: si autem in consuetudine est, modus paenitentiae addatur iudicio sacerdotis. Vir semetipsum coinquinans, primo decem dies paeniteat: si iterans, viginti dies: si cum gradu est, addatur paenitentia. Pueri quindecim annorum quadraginta dies paeniteant. Qui concupiscit mente fornicari, sed non potuit; decem dies paeniteat. Qui per turpiloquium, vel aspectum coinquinatus est, tamen non voluit peccare corporaliter; viginti dies paeniteat. si autem impugnatione tentationis violenter coinquinatus est, viginti dies paeniteat. Qui diu illudetur a cogitatione, molliter ei repugnans; septem dies, vel quantum exegerit diuturnitas cogitationis, paeniteat. Pueri ante viginti annos se inuicem manibus coinquinantes, & confessi, ante quam communicent, viginti dies paeniteant. Si iterauerint post paenitentiam, centum dies paeniteant. Si vero frequentius, separentur, & annum vnum paeniteant. Supradicta aetas inter femora fornicans, centum diebus paeniteat. si id iterans, annum vnum paeniteat. Puer paruulus oppressus a maiore, decem annos habens, hebdomadem ieiunet. si consenserit, viginti diebus paeniteat. si autem coinquinatus est, centum diebus paeniteat. si vero, vt moris est, suam compleat voluntatem, annum paeniteat.

Ex paenitentiali Theodori.

De his, qui fornicati sunt ut Sodomitae. C. XXIV.

SI quis fornicatus fuerit, vt Sodomitae fecerunt, si Episcopus, viginti quinque annos paeniteat; quinque ex his in pane, & aqua; & ab omni officio deponatur; peregrinando finiat dies vitae suae. Presbyter quindecim annos paeniteat, quinque ex his in pane, & aqua; superiori sententia deponatur. Diaconus, & monachus duodecim annos, tres in pane, & aqua, & deponatur; peregrinando vitam finiat.

Theodorus.

De eo, qui fornicari uult, & non potest. C. XXV.

SI quis concupiscens fornicari, non poterit, aut mulier non susceperit eum; si Episcopus, septem annos paeniteat; presbyter

byter quinque; diaconus, vel monachus tres; ex his vnum in pane, & aqua. clerici, vel laici duos annos paeniteant.

Ex dictis Augustini.

De incestis occulte commissis. C. XXVI.

SI quis incestum occulte commiserit, & sacerdoti occulte confessionem egerit; indicetur ei remedium canonum, quod subire debuisset, si eius facinus publicatum fuisset. Verum quia latet commissum, detur ei a sacerdote consilium, vt ad salutem animae suae pro occulta paenitentia proficiat: hoc est, vt veraciter ex corde se grauiter deliquisse confiteatur, & per ieiunia, & eleemosynas, vigiliasq. atque sacras orationes cum lacrymis se purgare contendat; & sic se ad spem veniae per misericordiam Dei peruenire confidat.

Ex paenitentiali Romano.

De illis, qui libidinose puellam obtrectauerint, aut mulierem. CAP. XXVII.

SI quis obtrectauerit puellae, aut mulieris pectus, vel turpitudinem earum, si clericus est, quinq dies paeniteat: si laicus, tres dies paeniteat. Monachus, vel sacerdos, a ministerio diuino suspensi, si aliquid tale fecerint, viginti dies paeniteant. scriptum est enim: Neq. tetigeritis, neq. obtrectaueritis turpitudinem feminarum.

Theodorus.

De illis, qui in balneo cum mulieribus se lauerint. C. XXIIV.

SI quis in balneo cum mulieribus se lauare praesumpserit, tres dies paeniteat; & vlterius non praesumat.

Qualiter paenitere debeat, quae lenocinium operatur. C. XXIX.

EXercuisti lenocinium, aut in te ipsa, aut in alijs, ita dico, vt tuo meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tra-

ctandum

ctandum, & ad sordidandum; pro pretio tradidisses: seu quod crudelius est, & periculosius, alienum corpus, filiae dico, vel neptis, & alicuius Christianae amatoribus vendidisti, vel concessisti, vel internuntia fuisti, vel consiliata es, vt stuprum aliquod tali modo perpetraretur; duos annos paeniteas per legitimas ferias. Tamen in concilio Elibertano praecipitur, vt illa, quae haec perpetrauerit, nisi in fine, non accipiat communionem.

Tit. IV. De praedatoribus, & furib. & incendiarijs; & paenitentia eorum.

INDEX CAPITVLORVM.

De rebus ecclesiasticis, quomodo restitui debeant. c. I.
Quod sacrilegi sunt ecclesiarum praedones. II.
Maioris poenae est, violenter aliquid eripere, quam furari. III.
De eadem re. IV.
De eadem re. V.
De eadem re. VI.
De violatoribus sepulchrorum. VII.
De eadem re. IIX.
De furto ecclesiae. IX.
De clericis furtum facientib. X.
Quod vt sacrilegus iudicandus est, qui patrem, vel matrem expulerit. XI.
De eadem re. XII.
De eadem re. XIII.
De illis, qui de ministerio ecclesiae aliquid furati fuerint. XIV.
De eadem re. XV.
De eadem re. XVI.
De illo, qui incenderit ecclesiam. XVII.
De illo, qui domum, vel aream proximi sui incenderit. XIIX.
De illo, qui truncationes membrorum fecerit. XIX.
De eadem re. XX.

De rebus ecclesiasticis, quomodo restitui debeant. *C. I.*



SI quis ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecratum fuerit, rapuerit, vel consenserit facientibus; vt sacrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & canonice paeniteat.

Quod

Quod sacrilegi sunt ecclesiarum praedones. C. II.

SAcrilegi sunt ecclesiarum praedones: vnde & in concilio Agathensi sub I v. cap. habetur ita. Amico quidpiam rapere, furtum est; Ecclesiae vero fraudari, vel abstrahi, subripiq. sacrilegium. Omnes enim contra legem facientes, resq. Ecclesiae diripientes, vel ecclesias, sacerdotesq. contra diuinas sanctiones vexantes, sacrilegi vocantur; atq. induibtanter infames, sacrilegiq. habendi sunt.

Augustinus.

Maioris poenae est, violenter aliquid eripere, quam furari. C. III.

POenale est, occulte auferre: multo maioris est poenae, visibiliter rapere. Auferre ergo nolenti, siue occulte, seu palam, habet praeceptum suum: furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienae. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit; sed sub furti nomine rapinam intelligi voluit: a parte enim totum significauit, quidquid aufertur.

Theodorus.

De eadem re. C. IV.

SI quis per necessitatem furatus fuerit cibaria, vel vestem, vel pecus per famem, aut per nuditatem, paeniteat hebdomadas tres: Si reddiderit, non cogatur ieiunare.

Idem.

De eadem re. C. V.

SI quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia tulerit, vel casas effregerit; septem annos paeniteat, & quod furatum est, reddat. Si quis autem de minoribus semel, aut bis furtum fecerit; reddat quod tulit, & anno vno paeniteat.

Hie-

Hieronymus.

De eadem re. *C. VI.*

FVR autem non ſolum in maioribus, ſed in minoribus etiam iudicatur. non enim quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione non idcirco diuerſa ſit fornicatio, ſi mulier pulchra, aut deformis; aut ancilla, aut ingenua; pauper, aut opulenta; ſed qualiſcunque illa fuerit, vna eſt fornicatio: ita in furto quantumcumq. quis abſtulerit, furti crimen incurrit.

De uiolatoribus ſepulchrorum. *C. VII.*

SI quis ſepulchrum violauerit, ſeptem annos paeniteat; tres ex his in pane, & aqua.

De eadem re. *C. IIX.*

VIolaſti ſepulchrum, ita dico dum aliquem uideres ſepeliri, & in nocte infringeres ſepulchrum, & tolleres veſtimenta eius: ſi feciſti, duos annos per legitimas ferias paeniteas.

Ex Paenitentiali Theodori.

De furto Eccleſiae. *C. IX.*

PEcunia eccleſiaſtica furata, vel rapta reddatur in quadruplum; populi verò duplicetur. Si quis aliquid de miniſterio eccleſiae quolibet modo furatus fuerit, ſeptem annos paeniteat.

Ex Paenit. Romano.

De clericis furtum facientibus. *C. X.*

SI quis clericus furtum capitale fecerit, id eſt, quadrupedem, vel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit, ſeptem annos paeniteat; laicus quinq. Si quis de minoribus ſemel, aut bis furtum fecerit, reddat proximo ſuo, &

annum

annum vnum paeniteat: si reddere non poterit, tres annos paeniteat.

Theodorus.

Quod ut sacrilegus iudicandus est, qui patrem, vel matrem expulerit. C. XI.

SI quis patrem, vel matrem expulerit, impius, & sacrilegus iudicandus est: paeniteat autem aequali tempore, quamdiu in impietate illa extiterit.

De eadem re. C. XII.

MAledixisti patri, vel matri tuae, vel flagellasti eos, vel in aliquo dehonestasti; quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paeniteas. quia Dominus dixit: Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.

Ex Paenitentiali Romano.

De eadem re. C. XIII.

SI quis inhonorauerit patrem aut matrem; tres annos paeniteat; quod si manum leuauerit, aut ei percussionem intulerit; septem annos paeniteat.

De illis, qui de ministerio ecclesiae aliquid furati fuerint. C. XIV.

FVratus es aliquid de ecclesiastico thesauro infra ecclesiam, siue aurum, siue argentum; siue gemmas, siue libros, siue pallia altaris, siue sacerdotalia vestimenta, siue vela, siue tapetia, siue aliquid, quod ad ecclesiae vsum vel datum est, vel factum est: si fecisti, redde quod tulisti; & tres carinas, cum septem sequentibus annis paeniteas. Si ipsas sacras reliquias furatus es, reportatis sacris, septem carinas ieiunare debes.

De eadem re. C. XV.

SI infregisti alicuius Christiani domum per noctem, & ibi tulisti eius quadrupedia; id est, equum, aut bouem, aut alia eius animalia, aut fortiorem causam valentem quadraginta solidos, pretium redde, & anno vno paenitere debes. si non reddis, duos

duos annos paenitere debes. Si maius furtum fecisti, magis debes paenitere; & si saepe fecisti, tanto magis debes augere paenitentiam. Si paruum fecisti, decem dies in pane, & aqua paenitere debes. Paeniteant pueri quinque dies in pane, & aqua.

De eadem re. C. XVI.

SI rapinam fecisti, grauius debes paenitere; quia miserabilius est, quod per vim se vidente rapuisti, quam quod si dormienti, vel absenti furatus es. Si fecisti furtum necessitatis causa, sic dico, vt non haberes vnde viueres, & propter famis penuriam, & tantum furatus es victualia extra ecclesiam, & non propter consuetudinem fecisti; redde quod tulisti, & sex ferias in pane, & aqua paeniteas. Si autem reddere non potueris, decem dies in pane, & aqua paeniteas.

De illo, qui incenderit ecclesiam. C. XVII.

INcendisti ecclesiam, aut consensisti, si fecisti, ecclesiam restitue, & pretium tuum, id est vvireldum tuum pauperibus distribue, & quindecim annos paeniteas.

De illo, qui domum, vel aream proximi sui incenderit. C. XIIX.

SI quis domum, vel aream cuiuscumq. voluntarie igne cremauerit, sublata, vel incensa omnia restituat, & tres annos paeniteat.

De illo, qui truncationes membrorum fecerit. C. XIX.

QVI per rixam ictu debilem, vel deformem hominem fecerit, reddat impensas medici, & medium annum paeniteat. Si non habuerit vnde reddat, vnum annum paeniteat. Et si non habet vnde reddat, soluat opera proximi sui, quamdiu infirmus est; & postea quadraginta dies in pane, & aqua paeniteat.

De eadem re. C. XX.

QVI ictum proximo dederit, & non nocuerit, tres dies paeniteat in pane, & aqua: si clericus, vnum annum paeniteat,

niteat, vel dimidium. Si quis alicui quodlibet membrum voluntate sua truncauerit, tres annos paeniteat, vnum ex his in pane, & aqua. Paruuli inuicem se percutientes, tres dies paeniteant: si vero adolescentes, vigintidies paeniteant.

Tit. V. De crapula, & ebr.

INDEX CAPITVLORVM.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur. c. I.
Quales conuiuae sacerdotum epulis interesse debeant. II.
De eadem re. III.
De eadem re. IV.
De illis, qui per ebrietatem vomitum fecerint. V.
De eadem re. VI.
De eadem re. VII.
De illo, qui euomit sacrificium. IIX.
De eucharistia inueterata. IX.
De hoc, si aliquid de calice sacri sanguinis stillauerit. X.
De illis, qui non bene custodierint corpus, & sanguinem Domini. XI.
De eadem re. XII.

Ex decreto Eutychiani Papae.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur. C. I.

MAGNVM malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cauere praecipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decreuimus vsq; ad congruam emendationem.

Quales conuiuae sacerdotum epulis interesse debeant. C. II.

OPortet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suosq; conuiuas ad comedendum, & potandum non vrguere; quin potius semper sobrietatis praebeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis argumenta; non ludicra spectacula, non ioculatorum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia

quia, non scurrilium admittantur praestigia. Adsint peregrini, & hospites, pauperes, & debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur viuae vocis exhortatio; vt non tantum corporali cibo, immo verbi spiritualis alimento conuiuantes se refectos gratulentur, & in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum.

Theodorus.

De eadem re. *C. III.*

SAcerdos quislibet, si inebriatur per ignorantiam, septem dies paeniteat in pane, & aqua; si per negligentiam, quindecim dies; si per contemptum, quadraginta dies. Diaconus, vel monachus, secundum ordinem, vt scriptum est, seu & reliqui clerici, vt ministri iuxta ordinem, iudicio sacerdotis paeniteant. Laici, velut vota non habentes, si inebriantur, arguantur a sacerdote, quod ebriosi regnum Dei non possidebunt, & interitus sit ebrietas; & compellat eos paenitere. Qui cogit hominem vt inebrietur humanitatis gratia, acerrime corripiatur, & septem dies paeniteat; si per contemptum, triginta dies. Nullus Christianus alium plus bibere cogat, quam naturae sufficiat: quod si fecerit, iuxta id, quod in Paenitentiali habetur, paeniteat.

De eadem re. *C. IV.*

SI quis ecclesiastica praeditus ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriosus; in pane, & aqua tribus mensibus paeniteat.

De illis, qui per ebrietatem vomitum fecerint. *C. V.*

QVI per ebrietatem vomitum facit, si presbyter, aut diaconus est quadraginta dies paeniteat: si monachus, triginta dies; si laicus, quindecim dies.

De eadem re. *C. VI.*

LAicus, si per ebrietatem vomitum facit, tres dies a carne, & vino, & ceruisa se abstineat.

De

De eadem re. C. VII.

FEcisti vomitum corporis, & sanguinis Domini, propter ebrietatem, quadraginta dies, id est, carinam vnam paeniteas. Si per nequitiam alios inebriasti, viginti dies in pane, & aqua paeniteas.

Theodorus.

De illo qui euomit sacrificium. C. IIX.

QVI sacrificium euomuerit, quadraginta dies paeniteat: si infirmitatis causa, septem dies: si in ignem proijcit, centum psalmos cantet. si vero canes lambuerint talem vomitum, centum dies qui euomuit paeniteat.

Ex concilio Aurel.

De eucharistia inueterata. C. IX.

OMne sacrificium sordida vetustate perditum, igne comburendum est, & cinis iuxta altare sepeliendus.

Ex decreto Pij Papae.

De hoc, si aliquid de calice sacri sanguinis stillauerit. C. X.

SI vero per negligentiam de calice aliquid stillauerit in terram, linguabitur, tabula radetur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus conradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur; & sacerdos quadraginta dies paeniteat. Si super altare calix stillauerit, sorbeat minister stillam, & I I I. dies paeniteat: si per linteum altaris ad aliud stilla peruenerit, quatuor dies paeniteat: si usq. tertium, I X. dies: si usq. quartum, x v. dies paeniteat; & linteamina, quae tetigerint stillam, trib. vicib. minister abluat, calice subter posito; & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur.

De illis, qui non bene custodierint corpus, & sanguinem Domini. CAP. XI.

QVI non bene custodierint sacrificium, & mus, uel aliquod aliud immundum animal comederit illud, quadraginta dies paeniteant. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, xxx. dies paeniteat. Perfundens aliquid super altare de calice quando offert, sex dies paeniteat; aut si abundantius, VII. dies paeniteat. qui autem perfundens calicem dum solemnitas Missae celebratur, quadraginta dies paeniteat. Si uero celebrata Missa presbyter neglexerit accipere sacrificium, similiter quadraginta dies paeniteat. Et qui acceperit sacrificium pollutus nocturno tempore, VII. dies paeniteat. Diaconus obliuiscens oblationem offerre, donec offeratur linteamen, quando recitantur nomina pausantium, similiter paeniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, aut a uermibus consumptum ad nihilum deuenerit, III. quadragesimas in pane, & aqua paeniteat. Si integrum inuentum fuerit, in eo uermis comburatur, & cinis sub altare condatur: & qui neglexerit, quaternis diebus suam negligentiam soluat. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificium, uiginti dies expleantur ieiunio. Conglutinatum uero, septem dies qui mersit, paeniteat.

Ex paenit. Rom.

De eadem re. *C. XII.*

SI ceciderit sacrificium de manibus offerentis, terra tenus ut non inueniatur; omne quodcunq. inuentum fuerit in loco in quo ociderit, comburetur, & ignis ut supra abscondatur: & cui ciciderit, medium annum paeniteat. Si uero sacrificium inuentum fuerit, locus scopis mundetur, & stramen, ut supra ignetur, & cinis ut supra recondatur; & sacerdos uiginti dies paeniteat.

eadem ieiunet, quae tibi proposita sunt, & sine spe coniugij maneat.

CОncubuisti cum vxore tua vel cum alia retro canino more; quadraginta dies paeniteas.

COncubuisti cum vxore tua die Dominico, quattuor dies paeniteas.

SI concubuisti cum vxore tua postquam infans motum in vtero fecerat, vel saltim quadraginta dies ante partum, vel in tempore purificationis suae, vel menstruo tempore; decem dies paeniteas.

SI fecisti fornicationem cum matre tua, quindecim annos paeniteas, vnum ex his in pane, & aqua; & absque spe coniugij permaneas, & numquam sis sine paenitentia. Mater autem tua, si non consentiens fuit, iuxta arbitrium sacerdotis paeniteat; & si se continere non vult, nubat in Domino.

SI fecisti fornicationem cum commatre tua; separari debes ab ea; & quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paeniteas.

SI fecisti fornicationem cum filiola tua spirituali, quam de fonte suscepisti, aut ad manus Episcopi tenuisti; separari debes ab ea quadraginta dies, cum septem sequentibus annis paeniteas.

SI fecisti fornicationem cum sorore tua, decem annos per legitimas ferias, vnum ex his in pane, & aqua paenitere debes; & quamdiu viuas, paenitentiam agas, & esse sine spe coniugij. Soror autem tua, si consentiens non fuit, paenitentia peracta; si se continere non potest, nubat in Domino.

FEcisti fornicationem, sicut Sodomitae fecerunt, ita vt in masculini terga, & in posteriora virgam tuam immitteres, & sic secum coires more Sodomitico; si vxorem habuisti, & semel, vel bis fecisti, decem annos per legitimas ferias paenitere debes, vnum ex his in pane, & aqua. Si in consuetudine habuisti, duodecim annos per legitimas ferias paenitere debes. Si cum fratre tuo carnali idem scelus perpetrasti, quindecim annos per legitimas ferias paeniteas.

SI cum masculo inter coxas, vt quidam solent, fornicationem fecisti, ita dico, vt tuum virile membrum inter coxas alterius mitteres, & sic agitando semen effunderes; quadraginta dies in pane, & aqua paeniteas.

Fecisti

FEcisti fornicationem, vt quidam facere solent, ita dico, vt tu ipse in manum tuam veretrum alterius acciperes, & alter tuum in suam, & sic alternatim veretra manibus vestris commoueretis, & sic per illam delectationem semen a te proijceres; triginta dies in pane, & aqua paeniteas.

SI fecisti solus tecum fornicationem, vt quidam facere solent, ita dico, ut tu ipse tuum uirile membrum in manum tuam acciperes, & sic duceres praeputium tuum, & manu propria commoueres, & sic per delectationem semen a te proiceres; decem dies in pane, & aqua paeniteas.

FEcisti fornicationem, ut quidam facere solent, ut tuum uirile membrum in lignum perforatum, aut in aliquod huiusmodi mitteres, & sic per illam commotionem a te semen proijceres; uiginti dies in pane, & aqua paeniteas.

FEcisti fornicationem contra naturam, id est, ut cum masculis, uel cum animalibus coires, id est, cum equa, uel vacca, vel cum asina, uel cum alio aliquo animali; si semel, uel bis fecisti, & si uxorem non habuisti, quod adimplere tuam libidinem potuisses; quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paenitere debes, & numquam sis sine paenitentia. Si autem vxorem habuisti, decem annos per legitimas ferias paeniteas. Si autem in consuetudine habuisti scelus illud, quindecim annos paenitere debes. Si in pueritia tibi contigerit, centum dies in pane, & aqua paenitere debes. Si autem seruus est qui haec fecerit, & vxoratus est, & cum animalibus peccat; si cum scopis bene castigatus fuerit, tres annos per legitimas ferias paeniteat. Si autem seruus sine vxore haec fecerit, item verberibus castigatus, duos annos per legitimas ferias paeniteat. Si autem talis est seruus, vt gratis verbera pati non velit, & est tam digna persona, ita paeniteat, vt ille qui ingenuus est.

SI obtrectasti turpitudinem tu coniugatus alicuius feminae, ita dico, si mammillas eius, & verenda obtrectasti; tres dies in pane, & aqua paeniteas. Si autem non fuisti coniugatus, vno die in pane, & aqua paenitere debes.

FEcisti quod quaedam facere solent, quando libidinem se vexantem extinguere volunt; quasi coire debeant, & possint, coniungunt inuicem puerperia sua, & sic confricando pruritum illarum extinguere desiderant: si fecisti, tres quadragesimas per legitimas ferias debes paenitere.

Ex paenitentiali Bedae.

De illis, qui per illecebrosos amplexus feminarum polluuntur. C. XXI.

QVI per illecebrosos amplexus feminae, vel osculo polluitur, tres dies paeniteat. Qui tetigerit inuerecunde carnem eiusdem feminae, tres dies paeniteat. Qui per turpiloquium polluitur, septem dies paeniteat. Presbyter, si osculatus fuerit per immundum desiderium feminam, decem dies paeniteat. Si inquinatus fuerit, viginti dies paeniteat. Qui in ecclesia per somnium polluitur, tres dies paeniteat. Qui insomnis voluntate pollutus est, surgat, & cantet septem psalmos paenitentiales, & in die triginta. Qui peccare voluerit insomnis, & non fuerit pollutus, viginti quattuor psalmos cantet.

Ex paenit. Rom.

De clericis, qui per malas cogitationes semen effuderint. C. XXII.

CLericus, si semen fuderit non tangendo per malas delectationes, septem dies paeniteat. Si tangit cum manu, decem dies paeniteat. Si diaconus viginti dies. Si presbyter, tres hebdomadas. Presbyter, si semen fuderit per cogitationem, septem dies paeniteat. Monachus similiter. Qui voluntarie semen fuderit in ecclesia, si clericus est, duodecim dies: si monachus, aut diaconus, triginta dies: si presbyter, quadraginta: si Episcopus, quinquaginta.

Ex paenit. Rom.

De Sodomitico peccato. C. XXIII.

EPiscopus fornicationem faciens naturalem, duodecim annos paeniteat; presbyter decem, diaconus nouem, subdiaconus octo, clericus septem, laicus sex annos paeniteat. Frater carnalis cum fratre carnali fornicationem faciens, quindecim annos ab omni carne se abstineat. si semen in os miserit, septem annos paeniteat. Alij dicunt, vsq. in finem vitae paenitere debere. Viri inter femora fornicantes, vnum annum paeniteant. Si inter

nates,

nates, duos. Si inter crura fornicantes, si pueri sunt, vnum annum paeniteant: si viri, duos annos: si autem in consuetudine est, modus paenitentiae addatur iudicio sacerdotis. Vir semetipsum coinquinans, primo decem dies paeniteat: si iterans, viginti dies: si cum gradu est, addatur paenitentia. Pueri quindecim annorum quadraginta dies paeniteant. Qui concupiscit mente fornicari, sed non potuit; decem dies paeniteat. Qui per turpiloquium, vel aspectum coinquinatus est, tamen non voluit peccare corporaliter; viginti dies paeniteat. si autem impugnatione tentationis violenter coinquinatus est, viginti dies paeniteat. Qui diu illudetur a cogitatione, molliter ei repugnans; septem dies, vel quantum exegerit diuturnitas cogitationis, paeniteat. Pueri ante viginti annos se inuicem manibus coinquinantes, & confessi, ante quam communicent, viginti dies paeniteant. Si iterauerint post paenitentiam, centum dies paeniteant. Si vero frequentius, separentur, & annum vnum paeniteant. Supradicta aetas inter femora fornicans, centum diebus paeniteat. si id iterans, annum vnum paeniteat. Puer paruulus oppressus a maiore, decem annos habens, hebdomadem ieiunet. si consenserit, viginti diebus paeniteat. si autem coinquinatus est, centum diebus paeniteat. si vero, vt moris est, suam compleat voluntatem, annum paeniteat.

Ex paenitentiali Theodori.

De his, qui fornicati sunt ut Sodomitae. C. XXIV.

SI quis fornicatus fuerit, vt Sodomitae fecerunt, si Episcopus, viginti quinq; annos paeniteat; quinque ex his in pane, & aqua; & ab omni officio deponatur; peregrinando finiat dies vitae suae. Presbyter quindecim annos paeniteat, quinque ex his in pane, & aqua; superiori sententia deponatur. Diaconus, & monachus duodecim annos, tres in pane, & aqua, & deponatur; peregrinando vitam finiat.

Theodorus.

De eo, qui fornicari uult, & non potest. C. XXV.

SI quis concupiscens fornicari, non poterit, aut mulier non susceperit eum; si Episcopus, septem annos paeniteat; presbyter

byter quinque; diaconus, vel monachus tres; ex his vnum in pane, & aqua. clerici, vel laici duos annos paeniteant.

Ex dictis Augustini.

De incestis occulte commissis. C. XXVI.

SI quis incestum occulte commiserit, & sacerdoti occulte confessionem egerit; indicetur ei remedium canonum, quod subire debuisset, si eius facinus publicatum fuisset. Verum quia latet commissum, detur ei a sacerdote consilium, vt ad salutem animae suae pro occulta paenitentia proficiat: hoc est, vt veraciter ex corde se grauiter deliquisse confiteatur, & per ieiunia, & eleemosynas, vigiliasq. atque sacras orationes cum lacrymis se purgare contendat; & sic se ad spem veniae per misericordiam Dei peruenire confidat.

Ex paenitentiali Romano.

De illis, qui libidinose puellam obtrectauerint, aut mulierem. CAP. XXVII.

SI quis obtrectauerit puellae, aut mulieris pectus, vel turpitudinem earum, si clericus est, quinq dies paeniteat: si laicus, tres dies paeniteat. Monachus, vel sacerdos, a ministerio diuino suspensi, si aliquid tale fecerint, viginti dies paeniteant. scriptum est enim: Neq. tetigeritis, neq. obtrectaueritis turpitudinem feminarum.

Theodorus.

De illis, qui in balneo cum mulieribus se lauerint. C. XXIIV.

SI quis in balneo cum mulieribus se lauare praesumpserit, tres dies paeniteat; & vlterius non praesumat.

Qualiter paenitere debeat, quae lenocinium operatur. C. XXIX.

EXercuisti lenocinium, aut in te ipsa, aut in alijs, ita dico, vt tuo meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum

ftandum, & ad fordidandum; pro pretio tradidiffes: feu quod crudelius eft, & periculofius, alienum corpus, filiae dico, vel neptis, & alicuius Chriftianae amatoribus vendidifti, vel concefsifti, vel internuntia fuifti, vel confiliata es, vt ftuprum aliquod tali modo perpetraretur; duos annos paeniteas per legitimas ferias. Tamen in concilio Elibertano praecipitur, vt illa, quae haec perpetrauerit, nifi in fine, non accipiat communionem.

Tit. IV. De praedatoribus,& furib.& incendiarijs; & paenitentia eorum.

INDEX CAPITVLORVM.

De rebus ecclefiafticis, quomodo reftitui debeant. c. I.
Quod facrilegi funt ecclefiarum praedones. II.
Maioris poenae eft, violenter aliquid eripere, quam furari. III.
De eadem re. IV.
De eadem re. V.
De eadem re. VI.
De violatoribus fepulchrorum. VII.
De eadem re. IIX.
De furto ecclefiae. IX.
De clericis furtum facientib. X.
Quod vt facrilegus iudicandus eft, qui patrem, vel matrem expulerit. XI.
De eadem re. XII.
De eadem re. XIII.
De illis, qui de minifterio ecclefiae aliquid furati fuerint. XIV.
De eadem re. XV.
De eadem re. XVI.
De illo, qui incenderit ecclefiam. XVII.
De illo, qui domum, vel aream proximi fui incenderit. XIIX.
De illo, qui truncationes membrorum fecerit. XIX.
De eadem re. XX.

De rebus ecclefiafticis, quomodo reftitui debeant. *C. I.*

SI quis ecclefiafticas oblationes, & quod Deo confecratum fuerit, rapuerit, vel confenferit facientibus; vt facrilegus dijudicetur, & damnum in quadruplum reftituat, & canonice paeniteat.

Hieronymus.

De eadem re. *C. VI.*

FVR autem non solum in maioribus, sed in minoribus etiam iudicatur, non enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione non idcirco diuersa est fornicatio, si mulier pulchra, aut deformis; aut ancilla, aut ingenua; pauper, aut opulenta; sed qualiscunque illa fuerit, vna est fornicatio: ita in furto quantumcumq. quis abstulerit, furti crimen incurrit.

De uiolatoribus sepulchrorum. *C. VII.*

SI quis sepulchrum violauerit, septem annos paeniteat; tres ex his in pane, & aqua.

De eadem re. *C. IIX.*

VIolasti sepulchrum, ita dico dum aliquem videres sepeliri, & in nocte infringeres sepulchrum, & tolleres vestimenta eius: si fecisti, duos annos per legitimas ferias paeniteas.

Ex Paenitentiali Theodori.

De furto Ecclesiae. *C. IX.*

PEcunia ecclesiastica furata, vel rapta reddatur in quadruplum, populi vero duplicetur. Si quis aliquid de ministerio ecclesiae quolibet modo furatus fuerit, septem annos paeniteat.

Ex Paenit. Romano.

De clericis furtum facientibus. *C. X.*

SI quis clericus furtum capitale fecerit, id est, quadrupedem, vel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit, septem annos paeniteat; laicus quinq. Si quis de minoribus semel, aut bis furtum fecerit, reddat proximo suo, &

annum vnum paeniteat : si reddere non poterit, tres annos paeniteat.

Theodorus.

Quod ut sacrilegus iudicandus est, qui patrem, vel matrem expulerit. C. XI.

SI quis patrem, vel matrem expulerit, impius, & sacrilegus iudicandus est : paeniteat autem aequali tempore, quamdiu in impietate illa extiterit.

De eadem re. C. XII.

MAledixisti patri, vel matri tuae, vel flagellasti eos, vel in aliquo dehonestasti ; quadraginta dies in pane, & aqua, cum septem sequentibus annis paeniteas. quia Dominus dixit : Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.

Ex Paenitentiali Romano.

De eadem re. C. XIII.

SI quis inhonorauerit patrem aut matrem; tres annos paeniteat; quod si manum leuauerit, aut ei percussionem intulerit; septem annos paeniteat.

De illis, qui de ministerio ecclesiae aliquid furati fuerint. C. XIV.

FVratus es aliquid de ecclesiastico thesauro infra ecclesiam, siue aurum, siue argentum; siue gemmas, siue libros, siue pallia altaris, siue sacerdotalia vestimenta, siue vela, siue tapetia, siue aliquid, quod ad ecclesiae vsum vel datum est, vel factum est: si fecisti, redde quod tulisti; & tres carinas, cum septem sequentibus annis paeniteas. Si ipsas sacras reliquias furatus es, reportatis sacris, septem carinas ieiunare debes.

De eadem re. C. XV.

SI infregisti alicuius Christiani domum per noctem, & ibi tulisti eius quadrupedia, id est, equum, aut bouem, aut alia eius animalia, aut fortiorem causam valentem quadraginta solidos, precium redde, & anno vno paenitere debes. si non reddis, duos

duos annos paenitere debes. Si maius furtum fecisti, magis debes paenitere: & si saepe fecisti, tanto magis debes augere paenitentiam. Si paruum fecisti, decem dies in pane, & aqua paenitere debes. Paeniteant pueri quinque dies in pane, & aqua.

De eadem re. C. XVI.

SI rapinam fecisti, grauius debes paenitere; quia miserabilius est, quod per vim se vidente rapuisti, quam quod si dormienti, vel absenti furatus es. Si fecisti furtum necessitatis causa, sic dico, vt non haberes vnde viueres, & propter famis penuriam, & tantum furatus es victualia extra ecclesiam, & non propter consuetudinem fecisti; redde quod tulisti, & sex ferias in pane, & aqua paeniteas. Si autem reddere non potueris, decem dies in pane, & aqua paeniteas.

De illo, qui incenderit ecclesiam. C. XVII.

INcendisti ecclesiam, aut consensisti; si fecisti, ecclesiam restitue, & pretium tuum, id est vvireldum tuum pauperibus distribue, & quindecim annos paeniteas.

De illo, qui domum, vel aream proximi sui incenderit. C. XIIX.

SI quis domum, vel aream cuiuscumq. voluntarie igne cremauerit, sublata, vel incensa omnia restituat, & tres annos paeniteat.

De illo, qui truncationes membrorum fecerit. C. XIX.

QVI per rixam ictu debilem, vel deformem hominem fecerit, reddat impensas medici, & medium annum paeniteat. Si non habuerit vnde reddat, vnum annum paeniteat. Et si non habet vnde reddat, soluat opera proximi sui, quamdiu infirmus est; & postea quadraginta dies in pane, & aqua paeniteat.

De eadem re. C. XX.

QVI ictum proximo dederit, & non nocuerit, tres dies paeniteat in pane, & aqua: si clericus, vnum annum pae-

niteat, vel dimidium. Si quis alicui quodlibet membrum voluntate sua truncauerit, tres annos paeniteat, vnum ex his in pane, & aqua. Paruuli inuicem se percutientes, tres dies paeniteant: si vero adolescentes, vigintidies paeniteant.

Tit. V. De crapula, & ebr.

INDEX CAPITVLORVM.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur. C. I.
Quales conuiuae sacerdotum epulis interesse debeant. II.
De eadem re. III.
De eadem re. IV.
De illis, qui per ebrietatem vomitum fecerint. V.
De eadem re. VI.
De eadem re. VII.
De illo, qui euomit sacrificium. IIX.
De eucharistia inueterata. IX.
De hoc, si aliquid de calice sacri sanguinis stillauerit. X.
De illis, qui non bene custodierint corpus, & sanguinem Domini. XI.
De eadem re. XII.

Ex decreto Eutychiani Papae.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur. C. I.

MAGNVM malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cauere praecipimus: Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decreuimus vsq. ad congruam emendationem.

Quales conuiuae sacerdotum epulis interesse debeant. C. II.

OPortet Episcopum moderatis epulis contentum esse, suosq. conuiuas ad comedendum, & potandum non vrguere; quin potius semper sobrietatis praebeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis argumenta; non ludicra spectacula; non ioculatorum vaniloquia; non fatuorum stultiloquia

quia, non scurrilium admittantur praestigia. Adsint peregrini, & hospites, pauperes, & debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur vivae vocis exhortatio; vt non tantum corporali cibo, immo verbi spiritualis alimento conuiuantes se refecti gratulentur, & in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum.

Theodorus.

De eadem re. C. III.

SAcerdos quislibet, si inebriatur per ignorantiam, septem dies paeniteat in pane, & aqua; si per negligentiam, quindecim dies; si per contemptum, quadraginta dies. Diaconus, vel monachus, secundum ordinem, vt scriptum est, seu & reliqui clerici, vt ministri iuxta ordinem, iudicio sacerdotis paeniteant. Laici, velut vota non habentes, si inebriantur, arguantur a sacerdote, quod ebriosi regnum Dei non posidebunt, & interitus sit ebrietas; & compellat eos paenitere. Qui cogit honinem vt inebrietur humanitatis gratia, acerrime corripiatur, & septem dies paeniteat; si per contemptum, triginta dies. Nullus Christianus alium plus bibere cogat, quam naturae sufficiat: quod si fecerit, iuxta id, quod in Paenitentiali habetur, paeniteat.

De eadem re. C. IV.

SI quis ecclesiastica praeditus ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriosus; in pane, & aqua tribus mensibus paeniteat.

De illis, qui per ebrietatem vomitum fecerint. C. V.

QVI per ebrietatem vomitum facit, si presbyter, aut diaconus est quadraginta dies paeniteat: si monachus, triginta dies; si laicus, quindecim dies.

De eadem re. C. VI.

LAicus, si per ebrietatem vomitum facit, tres dies a carne, & vino, & ceruisa se abstineat.

De

De eadem re. C. VII.

FEcisti vomitum corporis, & sanguinis Domini propter ebrietatem, quadraginta dies, id est, carinam unam paeniteas. Si per nequitiam alios inebriasti, viginti dies in pane, & aqua paeniteas.

Theodorus.

De illo qui euomit sacrificium. C. IIX.

QVI sacrificium euomuerit, quadraginta dies paeniteat, si infirmitatis causa, septem dies: si in ignem proijcit, centum psalmos cantet. si vero canes lambuerint talem vomitum, centum dies qui euomuit paeniteat.

Ex concilio Aurel.

De eucharistia inueterata. C. IX.

OMne sacrificium sordida vetustate perditum, igne comburendum est, & cinis iuxta altare sepeliendus.

Ex decreto Pij Papae.

De hoc, si aliquid de calice sacri sanguinis stillauerit. C. X.

SI vero per negligentiam de calice aliquid stillauerit in terram, linguabitur, tabula radetur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus conradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur; & sacerdos quadraginta dies paeniteat. Si super altare calix stillauerit, sorbeat minister stillam, & III. dies paeniteat: si per linteum altaris ad aliud stilla peruenerit, quatuor dies paeniteat: si usq. tertium, IX. dies: si usq. quartum, XV. dies paeniteat; & linteamina, quae tetigerint stillam, trib. vicib. minister abluat, calice subter posito; & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur.

De illis, qui non bene custodierint corpus, & sanguinem Domini.
CAP. XI.

QVI non bene custodierint sacrificium, & mus, uel aliquod aliud immundum animal comederit illud, quadraginta dies paeniteant. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, xxx. dies paeniteat. Perfundens aliquid super altare de calice quando offert, sex dies paeniteat; aut si abundantius, VII. dies paeniteat. qui autem perfundens calicem dum solemnitas Missae celebratur, quadraginta dies paeniteat. Si uero celebrata Missa presbyter neglexerit accipere sacrificium, similiter quadraginta dies paeniteat. Et quia acceperit sacrificium pollutus nocturno tempore, VIII. dies paeniteat. Diaconus obliuiscens oblationem offerre, donec offeratur linteamen, quando recitantur nomina pausantium; similiter paeniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, aut a uermibus consumptum ad nihilum deuenerit; III. quadragesimas in pane, & aqua paeniteat. Si integrum inuentum fuerit, in eo uermis comburatur, & cinis sub altare condatur: & qui neglexerit, quaternis diebus suam negligentiam soluat. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificium, uiginti dies expleantur ieiunio. Conglutinatum uero, septem dies qui mersit, paeniteat.

Ex paenit. Rom.

De eadem re. *C. XII.*

SI ceciderit sacrificium de manibus offerentis, terra tenus ut non inueniatur, omne quodcunq. inuentum fuerit in loco in quo ociderit, comburetur, & ignis ut supra abscondatur: & cui acciderit, medium annum paeniteat. Si uero sacrificium inuentum fuerit, locus scopis mundetur, & stramen, ut supra ignetur, & cinis ut supra recondatur; & sacerdos uiginti dies paeniteat.

Tit. VI. De incantatoribus, & auguribus, de diuinis, de sortilegijs, & varijs illusionibus diaboli, & de maledicis.

INDEX CAPITVLORVM.

De illis, qui diuinationes requirunt. c. I.
De illis, qui augurijs, & incantationibus seruiunt. II.
De illo, qui immiserit tempestatem. III.
De illis, qui dies, & menses obseruant. IV.
De mulierib. incantatricib. V.
De illis, qui manducant, aut bibunt, aut portant aliquid super se ad Dei iudicium subuertendum. VI.
De illis, qui in tabulis, uel in codicib. futura requirũt. VII.
De illis, qui ad fascinum incantationes fecerint. IIX.
De illis, qui murmurant. IX.
De eadem re. X.
De contentiosis. XI.
De eadem re. XII.
De illis, qui in lingua lasciui fuerint. XIII.
De clericis maledicis. XIV.
De eadem re. XV.
De illis, qui Prioribus suis detraxerint. XVI.
De illis, qui contra Episcopos suos insurgunt. XVII.
De clericis, vel monachis coniurantibus, vel conspirantib. cõtra Episcopum suũ. XIIX.
De eadem re. XIX.
De eadem re. XX.

De illis, qui diuinationes requirunt. C. I.



QVI diuinationes expetunt, & more Gentilium subsequuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennij iaceant secundum gradus paenitentiae definitos.

De illis, qui augurijs, & incantationibus seruiunt. C. II.

QVI augurijs, vel diuinationibus inseruiunt, vel qui credit, vt aliqui hominum sint immissores tempestatum, vel si qua mulier diuinationes, vel incantationes diabolicas fecerit; septem annos paeniteat.

De

De illo, qui immiserit tempestatem. C. III.

SI quis immissor tempestatum fuerit, septem annos paeniteat, tres in pane, & aqua.

De illis, qui dies, & menses obseruant. C. IV.

APostolus dicit: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos; timeo, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Dies obseruant, qui dicunt: Puto, crastino proficiscendum non est, post crastinum enim non debet aliquid inchoari. & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, qui cursum Lunae perscrutantur, dicentes: Septima Luna instrumenta confici non debent, nona autem Luna emptum seruum domum duci non oportere. & per haec facilius solent aduersa prouenire. Tempora vero obseruant, cum dicunt: Hodie veris initium est, & ideo festiuitas est. & rursum: Posterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt: Kalendae Ianuarij nouus annus est; quasi non cotidie annus impleatur. Haec superstitio longe debet esse a seruis Dei. Si quis in hac perfidia detegitur; clerici anno vno, laici dimidium paeniteant.

De mulierculis incantatricibus. C. V.

MVlier, si diuinationes, vel incantationes diabolicas fecerit, annum vnum paeniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies, secundum qualitatem delicti.

De illis qui manducant, aut bibunt, aut portant super se aliquid ad Dei iudicium subuertendum. C. VI.

SI quis manducat, aut bibit, aut portat super se, vnde existimet Dei iudicium peruertere posse, & exinde comprobatus fuerit; eadem sententia feriatur, qua magi, & arioli, & incantatores feriuntur.

De illis, qui in tabulis, vel in codicibus futura requirunt. C. VII.

IN tabulis, vel in codicibus sorte futura non sunt requirenda; & vt nullus in Psalterio, vel in Euangelio, vel in alijs rebus sortiri praesumat, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus obseruare. Quod si fecerit, quadraginta dies paeniteat.

De illis, qui ad fascinum incantationes fecerint. C. IIX.

SI quis praecantauerit ad fascinum, vel qualescumque praecantationes; excepto symbolum, & orationem dominicam: qui cantat, & cui cantatur, tres quadragesimas in pane, & aqua paeniteat

Ex concilio Magontiensi.

De illis, qui murmurant. C. IX.

SI quis murmurans extiterit, videat, ne poenam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit: Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore, iuxta mensuram, opusq. peccati: quia in hoc sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis iudicio paeniteat.

Ex eodem.

De eadem re. C. X.

QVI contentiosus, aut murmurans extiterit, secundum arbitrium Prioris ita paeniteat, qualiter culpae qualitas exiat.

De contentiosis. C. XI.

SI quis contentiosus videtur esse, dicente Apostolo: Nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. si quis hoc facit, notetur vsquequo corrigatur.

De eadem re. C. XII.

SI quis contentiones, vel rixas amauerit, vel manifestum conuicium fratri intulerit; iuxta arbitrium Prioris, vel Rectoris, modumque peccati, diuturna expietur paenitentia.

De illis, qui in lingua lasciui fuerint. C. XIII.

SI quis in lingua lascinus fuerit, triduana paenitentia expietur.

Ex

Ex concilio Chartaginensi.

De clericis maledicis. C. XIV.

CLericus maledicus maxime a sacerdotibus cogatur ad postulandam veniam: si noluerit, degradetur; nec vmquam ad officium absq. satisfactione reuocetur.

De eadem re. C. XV.

SI detraxisti, vel maledixisti alicui causa inuidiae; septem dies in pane, & aqua paeniteas.

De illis, qui Prioribus suis detraxerint. C. XVI.

SI quis detraxerit ei qui praeest, septem dies a conuentu Ecclesiae separatus, vt Maria soror Aaron, quae detraxit Moisi, paeniteat.

De illis, qui contra Episcopus suos insurgunt. C. XVII.

QVisquis per dolum mittit manum suam in Christum Do; mini, Episcopum videlicet, patrem, & pastorem suum quia sacrilegium committit, vt qui ecclesiam Dei deuastat, & incendit, quia & hoc sacrilegium est; placuit sanctae synodo, vt in vno loco, id est, in monasterio, paeniteat omnibus diebus vitae suae.

De clericis, & monachis coniurantibus, vel conspirantibus contra Episcopum suum. C. XIIX.

SI qui, ergo clerici, vel monachi reperti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut clericis; gradu proprio penitus abijciantur.

De eadem re. C. XIX.

COnspirasti cum alijs insidiatoribus cōtra Episcopum tuum aut aduersus cooperatores suos, ita dico, vt doctrinam vel praecepta tui Episcopi, vel presbiteri irrideres, vel subsannares, quadraginta dies in pane, & aqua paeniteas.

De eadem re. C. XX.

IGitur si clerici, aut monachi inuenti fuerint coniurati, aut per coniurationem calumniam machinantes Episcopis, vel clericis, proprium amittant gradum.

C Onsuluisti magos, & in domum tuam induxisti, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa; vel consuetudinem Paganorum sequens, diuinos, qui tibi diuinarent, & futura ab eis requirens, quasi a Propheta; & illos, qui sortes exercent, vel qui per sortes sperant se futura praescire, vel illos, qui vel augurijs, vel incantationibus inseruiunt, ad te inuitasti: si fecisti, duos annos per legitimas ferias paeniteas.

C Ollegisti herbas medicinales cum alijs incantationibus, nisi cum oratione dominica, & symbolo; viginti dies paeniteas.

R Equisisti sortes in codicibus, vel in tabulis, vt plures solent, qui in Psalterijs, & in Euangelijs, vel in alijs huiusmodi rebus sortiri praesumunt: si fecisti, decem dies paeniteas.

C Redidisti vmquam, vel particeps fuisti illius perfidiae, vt incantatores, & qui se dicunt esse tempestatum immissores esse possent per incantationes daemonum, aut tempestatem commouere, aut mentes hominum mutare: si credidisti, aut particeps fuisti, vno anno per legitimas ferias paeniteas.

Tit. VII. De varijs criminib.

INDEX CAPITVLORVM.

De illis, qui ballationes fecerint, & se in alienas formas transmutauerint. c. I.
De his, qui absque necessitate praeuaricati sunt. II.
De eadem re. III.
De his, qui de Ecclesia catholica ad haeresim transitum fecerint. IV.
Quod non licet clerico, vel monacho, postquam Deo se vouerit, ad saecularem habitum reuerti. V.
De ecclesiastico thesauro ablato. VI.
Vt per totius anni criculum abstineat a carne, qui in quadragesima carnem comederit. VII.
Quod coniugati, in quadragesima abstinere debeant a coniugibus. IIX.
Quibus temporib. viri ab vxoribus abstinere debeant. IX.
De eadem re. X.
De illo, qui contemnit indictum ieiunium. XI.
De illo, qui Missam spernit sacerdotis coniugati. XII.
Vt nullus iniustas mensuras, & iniusta

iniusta pondera, & a ciuibus non collaudata, lucri causa dare praesumat. XIII.
De eadem re. XIV.
De illo, qui tenet oblationes mortuorum. XV.
De illo, qui retraxit, vel tenuit aliquid de oblationib. quae Deo oblatae sunt. XVI.
De illo, qui decimam sibi retinuit. XVII.
De illo, qui pauperes opprimit. XIIX.
De illo, qui in ecclesia ad fabulas, & ad vaniloquia festinat. XIX.
De illis, qui reticuerint peccatum fratris, quod est ad mortem. XX.
De eadem re. XXI.
De illo, qui foetus animalium verbo, vel visu, vel auditu obfascinare, & perdere posse affirmat. XXII.
De illo, qui negligit infirmos visitare. XXIII.
De illo, qui de cibo Iudaeorum, vel aliorum Paganorum comedit. XXIV.
De illis, qui eundo ad ecclesiam otiosa loquuntur. XXV.
De illo, qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi eum prius arguerit seorsum. XXVI.
De illis, qui diu reticent peccata sua. XXVII.
De illis, qui aliquem in ira percusserint. XXIIX.
De illis, qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed non potuerunt. XXIX.
De illis, qui Christiana mancipia captiuauerint. XXX.
De administratione xenodochii, & decimae. XXXI.

De illis, qui ballationes fecerint, & se in alienas formas transmutauerint. C. I.



Si quis ballationes ante ecclesias Sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformauerit in habitu muliebri, & mulier in habitu viri; emendatione pollicita, tres annos paeniteat.

Ex concilio Nicaeno.

De his, qui praeter necessitatem praeuaricati sunt. C. II.

DE his, qui praeter necessitatem praeuaricati sunt, aut praeter ablationem facultatum, aut praeter periculum, vel aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinij; placuit sanctae

fanctae fynodo, licet indigni fint mifericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis oftendi. Si qui ergo ex animo paenitent; tribus annis extra ecclefiam, id eft, inter audientes habeantur; fi tamen fideles fint, & feptem annis alijs inter paenitentes fint: duobus autem annis extra communionem; in oratione fola participent populo.

De eademre re. *C. III.*

SI quis a fide catholica difcefferit fine vlla necefsitate, & poftea ex toto animo paenitentiam acceperit; tres annos paeniteat extra ecclefiam, id eft, inter audientes. iuxta Nicaenum concilium, feptem annos in ecclefijs inter paenitentes, & adhuc duos extra communionem paeniteat.

De his, qui de Ecclefia catholica ad haerefim trãfitum fecerint, C. IV.

SI quis de catholica Ecclefia ad haerefim tranfitum fecerit, rurfusq. ad Ecclefiam recurrerit; placuit huic paenitentiam non effe denegandam, eo quod cognouerit peccatum fuum: qui etiam decem annis agat paenitentiam: cui poft decem annos praeftari communio debet. Si vero infantes fuerint tranfducti, quod non fuo vitio peccauerunt, incunctanter recipi debent.

Iudicium canonum.

Quod non licet clerico, uel monacho, poft quam Deo fe uouerit, ad faecularem habitum reuerti. *C. V.*

SI quis clericus, vel monachus, poftquam fe Deo vouerit, ad faecularem habitum iterum reuerfus fuerit, aut vxorem duxerit; decem annos paeniteat, tres ex his in pane, & aqua: & numquam poftea coniugio copuletur. Quod fi noluerit; fancta fynodus, vel fedes Apoftolica feparabit eum a communione catholicorum. Similiter & mulier.

De ecclefiaftico thefauro ablato. *C. VI.*

TVlifti aliquid de ecclefiaftico thefauro, in quadruplum refti tue; aut tres annos per legitimas ferias paeniteas.

Vt

Vt per totius anni circulum abstineat a carne, qui in quadragesima comederit carnem. *C. VII.*

QVicumque in quadragesimae diebus esum carnium praesumpserit attemptare, non solum reus erit resurrectionis Dominicae, verum etiam alienus ab eiusdem diei sancta communione: & hoc illi cumuletur ad poenam, vt in ipsius anni circulo ab omni esu carnium abstineat; quia sacris diebus abstinentiae oblitus est disciplinam.

Ex concilio Elibertano.

Quod coniugati in Quadragesima abstinere debeant a coniugibus. CAP. IIX.

QVI in quadragesima ante Pascha cognouerit vxorem suam, & noluerit abstinere ab ea; vnum annum paeniteat, aut pretium videlicet viginti quinq. solidorum ad ecclesiam tribuat, aut pauperibus diuidat. Si per ebrietatem, & sine consuetudine accidente, quadraginta dies paeniteat.

Ex eodem.

Quibus temporibus uiri ab uxoribus abstinere debeant. *C. IX.*

IN tribus quadragesimis anni, & in die Dominica, & in quarta feria, & in sexta feria coniugales se continere debent; nec illis diebus copulari, quamdiu grauata fuerit vxor, id est, a quo die filius in vtero motum fecerit vsq. ad partum: a partu post triginta tres dies, si filius est; si autem filia, post sexaginta quinq.

De eadem re. *C. X.*

NEglexisti vt non acciperes corpus, & sanguinem Domini istis quattuor temporibus, id est, in cena Domini, & in Pascha, & in Pentecoste, & in Natale Domini: & totam quadragesimam non te sustinuisti a coitu, & postea in aliis praedictis temporibus, aut septem dies, aut quinq. ante acceptionem sacri corporis Domini; viginti dies debes paenitere in pane, & aqua.

De

De illo, qui contemnit indictum ieiunium. C. XI.

COntempsisti indictum ieiunium a sancta Ecclesia, & noluisti illud obseruare cum ceteris Christianis; viginti dies in pane, & aqua paeniteas.

NOluisti ieiunium quattuor temporum, & non custodisti illud cum ceteris Christianis; quadraginta dies paeniteas.

De illo, qui Missam spernit sacerdotis coniugati. C. XII.

SPreuisti Missam, vel orationem, vel oblationem coniugati presbyteri, ita dico, vt nolles tua peccata sibi confiteri, vel ab eo accipere corpus, & sanguinem Domini, ob hoc, quia peccator tibi esse videretur; vno anno paeniteas in pane, & aqua, per legitimas ferias.

Vt nullus iniustas mensuras & pondera iniusta, & a ciuibus non collaudata lucri causa dare praesumat. C. XIII.

ET mensurae, & pondera iusta fiant, sicut in diuinis legibus censitum est, & in capitulari Dominico continetur, & iste sacer conuentus statuit. Sic omnibus nobis obseruare placet. Et si quis iustas mensuras, & iusta pondera lucri causa mutare praesumpserit; in pane, & aqua paeniteat.

De eadem re. C. XIV.

FEcisti falsitatem, vel fraudem aliquam in mensuris, aut in ponderibus, ita dico, vt falso modio, aut cum ponderibus iniustis tua bona venderes alijs Christianis: si fecisti, aut consensisti; viginti dies in pane, & aqua paenitere debes.

De illo, qui tenet oblationes mortuorum. C. XV.

TEnuisti oblationem mortuorum, ita vt Ecclesiae tradere noluisses; uno anno paeniteas.

De illo, qui retraxit, uel tenuit aliquid de oblationibus, quae Deo oblatae sunt. C. XVI.

DEtraxisti, uel tenuisti aliquid de oblationibus quae Deo oblatae sunt in mancipijs, in terris, siluis, uineis, utensilibus, vestimentis, & in reliquis possessionibus, & quae ecclesijs sine dubio Christo qui earum sponsus est, oblata sunt, uel testamen-

to

to ecclesijs ab aliquo fideli relicta: si fecisti, vel consensisti; quadraginta dies in pane, & aqua paeniteas.

De illo, qui decimam sibi retinuit. C. XVII.

NEglexisti decimam tuam Deo dare, quam Deus ipse sibi da re constituit, id est, non dedisti ei decimam de cunctis fructibus tuis, quos ad tuos vsus colligere desideraſti, vel collegisti; & de cunctis tuis animalibus, & decimum animal quod Deo dare debueras, & quod suum erat, illum peiori commutasti: si fecisti, vel consensisti, Deo quod suum erat in quadruplum prius restitue, & viginti dies in pane, & aqua paeniteas.

De illo, qui pauperes opprimit. C. XIIX.

OPpresisti pauperes, qui tibi vicini erant, & qui se defendere non poterant, vel eorum bona, illis nolentibus tulisti; redde illis sua, & triginta dies in pane, & aqua paeniteas.

De illo, qui in ecclesiam ad fabulas, & ad vaniloquia festinat. CAP. XIX.

FEcisti quod quidam facere solent, dum ad ecclesiam venerint, in primis labia commouent, quasi orent, propter alios circunstantes, vel sedentes, & statim ad fabulas, & ad vaniloquia festinant; & cum presbyter eos salutat, & adhortatur ad orationem, illi ad fabulas suas reuertuntur, non ad responsionem, nec ad orationem: si fecisti, decem dies in pane, & aqua paeniteas.

De illis, qui reticuerint peccatum fratris, quod est ad mortem. C. XX.

SI reticuisti peccatum fratris, quod erat vsque ad mortem, neque corripuisti eum, nec exhortatus es eum vt resipisceret, nec succurristi fratri sub onere iacenti; tamdiu paeniteas, quamdiu reticuisti.

De eadem re. C. XXI.

QVI reticuerit delictum fratris, quod est vsq. ad mortem, neque eum corripuerit iuxta regulam Euangelicam, primum inter se, & ipsum solum, deinde inter alios, deinde ad Ecclesiam culpam referens, si necesse fuerit; & quanto tempore fuit, tanto paeniteat.

G De

De illo, qui fœtus animalium verbo, vel uisu, uel auditu obfascinare, & perdere posse affirmat. C. XXII.

CRedidisti quod quaedam credere solent, vt in quamcumq. domum intrauerint, pullos aucarum, pauonum, pullos gallinarum, etiam porcellos, & aliorum animalium fœtus verbo, vel visu, vel auditu obfascinare, & perdere posse affirmant: si fecisti, aut credidisti; vnum annum per legitimas ferias paeniteas.

De illo, qui negligit infirmos uisitare. C. XXIII.

NEglexisti visitare infirmos, & non venisti ad eos, qui in carcere erant, & non subministrasti eis; decem dies in pane, & aqua paeniteas.

De illo, qui de cibo Iudaeorum, uel aliorum Paganorum comedit. CAP. XXIV.

SI comedisti de cibo Iudaeorum, vel aliorum Paganorum, quem ipsi sibi praeparauerunt; decem dies paeniteas.

De illis, qui eundo ad ecclesiam otiosa loquuntur. C. XXV.

FEcisti quod quidam facere solent, dum ad ecclesiam vadunt; in ipsa via proferunt suas vanitates, & loquuntur otiosa, nec in eadem via cogitant aliquid, quod ad animae vtilitatē pertineat; & cum venerint in atrium ecclesiae, vbi sepulta sunt corpora fidelium, & dum calcauerint sepulchra proximorum, non recordantur, quod eis futurum sit; nec vllam mentionem, nec vllas preces pro eis ad Dominum fundunt, quod facere debuerunt: si neglexisti, decem dies in pane, & aqua paeniteas, & vide vlterius ne tibi contingat: sed quandocumque in atrium ecclesiae intraueris, ora pro eis; & roga illas sanctas animas, quarum corpora ibi requiescunt, vt quantum possint, pro tuis peccatis ad Dominum intercedant.

De illo, qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi cum prius arguerit seorsum. C. XXVI.

QVI peccatum imputando fratri imponit, prius quam seorsum arguat eum; satisfaciens ei tres dies paeniteat.

De

De illis qui, diu reticent peccata sua. C. XXVIII.

SCiendum vero est, quanto quis tempore moratur in peccatis, tanto ei augenda est paenitentia.

De illis, qui aliquem in ira percusserint. C. XXIIX.

SI quis alium per iram percusserit, & sanguinem effuderit; si laicus est, viginti dies paeniteat; clericus triginta: illi autem qui gradum habent, amplius pelli debent, diaconus sex menses, presbyter vnum annum, Episcopus duos annos, & sex menses.

De illis, qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed non potuerunt. C. XXIX.

QVI ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere; tres hebdomadas paeniteat: si clericus fuerit, sex menses. quod & si vulnerauerit, dies quadraginta; si clericus clericum, annum vnum: sed & pecuniam pro modo vulneris, cui inflixit tribuat.

Ex Paenitentiali Theodori.

De illis, qui Christiana mancipia captiuauerint. C. XXX.

SI quis quemcumq. hominem quolibet ingenio captiuauerit, aut transmiserit, tres annos paeniteat.

Eiusdem.

De administratione xenodochij, & decimae. C. XXXI.

SI quis xenodochias pauperum administrat, vel decimas populi susceperit, & exinde vel suis saecularibus lucris sectandum aliquid subtraxerit; quasi rerum alienarum inuasor reus damnum restituat, & sub canonico iudicio reformetur, & agat paenitentiam tres annos. scriptum est enim: Talem Dominus dispensatorem quaerit, qui sibi de suis nihil vsurpet.

Tit. IIX. De varijs criminib.

INDEX CAPITVLORVM.

De ordinatis, si ante, vel post ordinationem in criminalib. peccatis ceciderint. c. I.
De viris ordinatis, quorum occulta sunt peccata. II.
Par paenitentia indicitur cui spiritualem filiam, & paenitentialem suam violauerit. III.
De eodem. IV.
De eodem. V.
Quae paenitentia sit imponenda sacerdotibus qui de fornicatione conuicti sunt. VI.
Post professam continentiam quisquis vxorem duxerit, ab ea separetur. VII.
Damnabile est vouentib. etiam velle nubere. IIX.
Damnationē habebit si nupserit, quae virginitatē vouit. IX.
Nubentes post votum non sunt ab inuicem separandi. X.
De eodem. XI.
Incestae sunt virgines, si post consecrationem nubunt. XII.
Turpior, & flagitiosior est vsus contra naturam, quam fornicationis, vel adulterij. XIII.
Octo annis paeniteat, qui duabus commatribus commiscetur. XIV.
Qui vxorem suam adulteram dimittere noluerit, duob. annis paeniteat, si debitum sibi reddiderit. XV.
Qua paena multentur incendiarij. XVI.
Quae paenitentia sit imponenda inuasoribus rerum ecclesiasticarum. XVII.

Ex concilio Ilerdensi.

De viris ordinatis, si ante, vel post ordinationem in criminalibus peccatis ceciderint. C. I.



E his ergo visum est vobis conscribi, qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur. In quibus, vt mihi videtur, haec distantia esse debet: vt hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in periurio, furto, aut fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus secundum sacrorum canonum instituta a gradu proprio

prio deponantur; quia ſcandalum eſt populo Dei, tales perſonas ſuper ſe poſitas habere, quas vltra modum vitioſas conſtat eſſe; nempe inde detrahuntur homines a ſacrificio Dei. Sic vt quondam filijs Heli peccantibus feciſſe leguntur: & rebelles hinc inde contrarij exiſtentes, eorum prauis exemplis cotidie peiores fiunt. Qui autem de praedictis viris per occultam confeſsionem mala à ſe abſconſe commiſſa coram oculis Dei, praeſente etiam ſacerdote, qui eis indicturus eſt paenitentiam, confitentur, & ſemetipſos grauiter deliquiſſe accuſant; ſi veraciter paenituerint, & ſe per ieiunia, & eleemoſynas, vigiliasq. ſacras orationes cum lacrymis purgare certauerint, his etiam ſeruato gradu, ſpes veniae de miſericordia Dei promittenda eſt. qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire; neq. vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.

Ex concilio Toletano.

De uiris ordinatis, quorum occulta ſunt peccata. C. II.

DE viris ordinatis, quorum occulta peccata ſunt, nec manifeſte ab aliquo argui poſſunt; ſi ſalubriter compuncti pro peccatis ſuis confeſsionem Epiſcopo, ſiue presbytero occulte faciunt: bonum mihi videtur, vt ſecundum id, quod ſibi decretum fuerit ab Epiſcopo, ſiue presbytero, paenitentiam agant, non tepide, nec tarde, ſed feruenter, & ſollicite; ac ſic ſe veniam peccatorum a Domino percepturos, & gradum ſe retenturos confidant.

Symmachus Papa.

Par paenitentia indicitur cui ſpiritualem filiam, & paenitentialem ſuam uiolauerit. C. III.

OMnes, quos in paenitentia ſuſcipimus, ita noſtri ſpirituales ſunt filij, vt ipſi, quos vel nobis ſuſcipientibus, vel ſub trinae merſionis vocabulo mergentibus vnda ſacri baptiſmatis regenerauerit. Siluester quoq. docet, & admonet vnum quemq. ſacerdotem, vt nullus cauſa fornicationis ad ſuam paenitentia-

lem

lem accedat, quia ſcriptum eſt: Omnes, quos in paenitentia ſuſci pimus, vel accipimus, ita noſtri ſunt filij, vt baptiſmate ſuſcepti. quapropter, ſi quis hoc ſcelus perpetrauerit, non ſolum dignitatis honorem amittat, verum etiam vſque ad exitum uitae iugi paenitentiae ſe ſubdat.

Caeleſtinus.

De eodem. C. IV.

SI quis ſacerdos cum filia ſui ſpirituali fornicatus fuerit, hoc eſt, paenitentiali filia; ſciat, ſe graue adulterium commiſiſſe. Idcirco femina omnia derelinquat, & res ſuas pauperibus tradat, & conuerſa in monaſterio Deo vſque ad mortem ſeruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando quindecim annis paeniteat; poſtea vero ad monaſterium uadat, ibiq. cunctis diebus vitae ſuae Deo ſeruiat.

Idem.

De eodem C. V.

NON debet Epiſcopus, aut presbyter commiſceri cum mulieribus quae ei ſua confeſſae fuerint peccata. Si forte, quod abſit, hoc contigerit, ſic paeniteat quomodo de filia ſpirituali, Epiſcopus quindecim annis, presbyter duodecim, & deponatur, tamen ſi in conſcientia populi deuenerit.

Ex concilio Gangrenſi.

Quae paenitentia ſit imponenda ſacerdotibus qui de fornicatione conuicti fuerint. C. VI.

PResbyter; ſi fornicationem fecerit, quamquam ſecundum canones Apoſtolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem beati Silueſtri Papae, ſi in vitio non perſeuerauerit, ſi ſua ſponte confeſſus adiecit vt reſurgat, decem annis in hunc mo-

dum

dum paeniteat. Tribus siquidem mensibus a ceteris remotus, pane, & aqua a vespera in vesperam vtatur; diebus autem Dominicis, & praecipuis festis modico vino, & pisciculis, atq. leguminibus recreetur, sine carne, & sagimine, ouis, & caseo; sacco indutus humi adhaereat; die, ac nocte misericordiam Dei omnipotentis imploret. finitis tribus mensibus continuis exeat, tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur: nec enim debet sacerdos publice paenitere, sicut laicus. postea aliquantisper resumptis viribus vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis diebus, & praecipuis festiuitatibus, in quibus vino, & sagimine, & caseo, & ouis, iuxta canonicam mensuram vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniat. Psalmos in choro cum fratribus vltimus canat, ad corun altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocem minora geret officia. deinde uero usq. ad expletionem septimi anni omni quidem tempore, exceptis Paschalibus diebus, tres legitimas ferias in unaquaq. hebdomada in pane, & aqua ieiunet. Expleto septimi anni circulo, si fratres, apud quos paenituerit, eius condignam paenitentiam laudauerint, Episcopus in pristinum ordinem, iuxta beati Calixti Papae auctoritatem eum reuocare poterit. Sane sciendum est, quia secundam feriam unum psalterium canendo, aut unum denarium pauperibus dando, si operarius est, redimere poterit. Finitis septem annis, deinde usq. ad finem decimi anni sextam feriam, nulla interueniente redemptione, obseruet in pane, & aqua. Eadem quoq. paenitentia erit sacerdoti de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quae eum in depositionem adducunt. Neque hoc cuilibet uideatur onerosum, si sacerdos post lapsum, digne, ut supra dictum est, paenitens ad pristinos redeat honores.

Innocentius Papa II.

Post professam continentiam quisquis uxorem duxerit ab ea separetur. *C. VII.*

VT lex continentiae, & Deo placens munditia in ecclesiasticis personis, & sacris ordinibus dilatetur; statuimus, quatenus Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares Canonici,

nici, monachi, atque conuersi professi, qui sacrum transgredientes propositum, uxores sibi copulare praesumpserint, separentur: huiusmodi namq. copulationem, quoniam contra ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse censemus. qui etiam ab inuicem separati pro tantis excessibus condignam paenitentiam agant. Id ipsum quoq. de sanctimonialibus feminis, si, quod absit, nubere temptauerint, obseruari decernimus.

Calixtus Papa.

In sacris ordinibus constituti non ducant uxores, & si duxerint, separentur. C. IIX.

PResbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere, penitus interdicimus; contracta quoq. matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad paenitentiam debere redigi, iuxta sacrorum canonum definitiones iudicamus.

Hieronymus.

Damnabile est uouentibus etiam uelle nubere. C. IX.

VOuentibus uirginitatem non solum nubere, sed etiam uelle damnabile est.

Idem.

Damnationem habebit si nupserit, quae uirginitatem uouit. C. X.

SI nupserit uirgo, non peccat; non illa uirgo quae semel se cultui diuino dedicauerit: harum enim, si qua nupserit, habebit damnationem, quia primam fidem irritam fecit.

Augustinus.

Nubentes post uotum non sunt ab inuicem separandi. C. XI.

QVidam nubentes post votum asserunt adulteros: ego autem dico uobis, quod grauiter peccant, qui tales diuidunt.

Theo-

Theodorus.

De eodem. *C. XII.*

SI uir uotum uirginitatis habens adiungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis paeniteat.

SIC distinguendum est, quod uouentium alij sunt simpliciter uouentes, de quibus Augustinus, & Theodorus locuti sunt: alij sunt, quibus post uotum accedit benedictio consecrationis, uel propositum religionis, de quibus Hieronymus, & Calixtus, & Innocentius scripserunt: unde Hieronymus contra Iouinianum dicens.

Incestae sunt uirgines, si post consecrationem nubunt. *C. XIII.*

VIrgines, quae post consecrationem nupserint, non tam adulterae sunt, quam incestae.

Turpior, & flagitiosior est usus contra naturam, quam fornicationis, & adulterij. *C. XIV.*

VSus naturalis & licitus est, sicut in coniugio; & illicitus, sicut in adulterio: contra naturam uero, semper illicitus, & procul dubio flagitiosior, atq. turpior. quem sanctus Apostolus & in feminis, & in masculis arguebat; damnabiliores uolens intelligi, quam si usu naturali, uel adulterando, uel fornicando peccarent.

Ex concilio Chalcedonensi.

Octo annis paeniteat qui duabus commatribus commiscetur. *C. XV.*

SI pater, & filius, aut duo fratres cum una muliere, aut si cum matre, & filia, aut cum duabus sororibus, aut cum duabus commatribus aliquis concubuerit, secundum antiquam, & humaniorem definitionem, octo annis paeniteat.

Ioannes Chrysostomus.

Qui uxorem suam adulteram dimittere noluerit, duobus annis paeniteat; si debitum reddiderit sibi. *C. XVI.*

SI quis vxorem inuenerit adulteram, & postea deinceps placuerit eam habere in matrimonio, duobus annis paeniteat;

ideo quia cum adultera admixtus sit, quae adhuc crimine suo non est purgata, aut abstineat se a matrimonio eius, donec expleatur satisfactio criminis paenitentiae suae; ideo quia post satisfactionem paenitentiae non meretur vocari adultera. Similiter si vxor virum suum inuenerit adulterum, non ad imparia iudicatur.

Innocentius II.

Qua poena mulctentur incendiarij. C. XVII.

PEssimam siquidem, & depopulatricem, & vrendam incendiorum malitiam, auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli omnino detestamur, & interdicimus. Si quis igitur post huius nostrae prohibitionis promulgationem malo studio, siue pro odio, siue pro vindicta ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium, vel auxilium scienter tribuerit, excommunicetur. & si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum careat sepultura: nec absoluatur, nisi prius damno, cui intulit, secundum facultatem suam resarcito, iuret, se vlterius ignem non appositurum. Paenitentia autem ei detur, vt aut Hierosolymis, aut in Hispania in seruitio Dei per annum integrum permaneat: Si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxauerit, damnum restituat, & per annum ab officio episcopali abstineat. Sane regibus, & Principibus faciendae iustitiae facultatem, consultis Archiepiscopis, & Episcopis, non negamus.

Nicolaus Papa.

Quae paenitentia sit imponenda inuasoribus rerum ecclesiasticarum. CAP. XIX.

DE viro nefando Burgando nomine, qui rabie insaniae commotus, diabolicis se irretire laqueis non dubitauit, atque Gentilium more per abrupta itinera, & compita insidians vobis, in vestrae ecclesiae villa vna cum clericis vestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, paneq. spirituali verbi vacua hominum corda reficientibus, atque laudabile salutis propriae desiderium habentibus, sancta Apostolorum

lorum Petri, & Pauli limina visitare, collectis malitiae suae sequacibus, & iniquitatis complicibus, nefarias inuasiones, & depraedationes violentas inferre daemoniaco ausu praesumpsit, & vt epistolae vestrae textus eloquitur, sacrum altare, sacraq. Dominici corporis, & sanguinis vasa, insuper & sanctum chrisma pollutis manibus arripere, quasi vilia, & ad vsum communem ap ta praesumpsit; dilectio vestra consuluit, si ipse, vel qui cum eo in tam impio, & iniquo scelere fuerunt, ad paenitentiam quandoq. gratia tacti Diuina venire voluerint; quo eos paenitentiae vinculo constringatis, nostrae institutionis censuram exposcere curastis. De quibus, si tamen ita est, iubemus, cum ad paenitentiam accelerauerint, vno anno extra ecclesiam Dei consistere, cuius sacratissima vasa, extra ritum Fidei Christianae diripiendo auferre non dubitauerunt. Secundo vero anno ante fores ecclesiae sine communione maneant. Tertio vero anno ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes astent sine oblatione non manducantes carnem, neque bibentes vinum, praeter Natalis, & Resurrectionis Dominicae diem. Quarto praeterea anno, si his tribus prioribus eorum fructuosus fuerit paenitentiae labor, communioni fidelium restituantur; totaq. mentis intentione spondentes, talia se vlterius numquam facturos, corpus, & sanguinem Domini suscipere mereantur; & vsque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carnium, & vini potatione maneant paenitentes.

Tit. IX. De varijs criminib. & paenitentijs.

INDEX CAPITVLORVM.

Qui plus quam dederit, expetit, vsuram accipit. c. I.
Quando amplius exigitur, quam detur, vsura accipitur. II.
Rapinam facit, qui vsuram accipit. III.
De paenitentia eorum, qui vsuras exigunt. IV.
Furtum committit, qui inuentum non reddit. V.
Peccat qui rem inuentam non reddit. VI.

In periculo constitutis paenitentiae quantitas non est imponẽda, sed innotescẽda. VII.

Tempus, & modus paenitendi delinquentium praesidentiũ imponatur iudicio. IIX.

De eodem. IX.

De eodem. X.

De modis paenitentiae qualiter imponenda sit. XI.

Quod diuersitas culparum diuersitatem facit paenitentiarum. XII.

Quod multi sunt fructus paenitentiae. XIII.

Quae sit falsa paenitentia. XIV.

De eodem. XV.

De admonitione octo principalium vitiorum, & eorum speciebus. XVI.

Item de virtutibus, quibus eadem vitia superari possunt, & de paenitentia eorum. XVII.

Vt vnusquisq. presbyter octo principalia vitia per ordinem sciat. XIIX.

Vt sacerdotes diligenter examinent confitentium peccata. XIX.

Vt singuli presbyteri capitula auctoritatiua habeant ad succurrendum paenitentibus. XX.

Quod secundum canonum, & Paenitentialium statuta paenitentiae dandae sunt. XXI.

Vt sacerdotes nulli paenitentiam iniungant ex corde, sed ex auctoritate. XXII.

Paenitentiam illius anni, qui in pane, & aqua ieiunandus est, isto ordine obseruari debet. XXIII.

Iste annus secundus est ab illo, qui in pane, & aqua ieiunandus est. XXIV.

De redemptione illius anni, quem in pane, & aqua ieiunare debet. XXV.

Item alio modo. XXVI.

De illis, qui ieiunare non possunt, & Psalmos nesciũt, quomodo paenitentiam vnius anni, quem in pane, & aqua ieiunare debent, redimere possint. XXVII.

Item de redemptione illius anni, quem in pane, & aqua ieiunare debent. XXIIX.

De illis, qui ieiunare non possunt, & habent vnde redimere possint. XXIX.

De illis, qui non possunt adimplere quod in Paenitentiali scriptum est. XXX.

De illis, qui ieiunare non possunt, & non habent vnde redimere possint. XXXI.

Quo tempore nuptiae celebrandae sint. XXXII.

Augu-

Augustinus.

Qui plus quam dederit, expetit, vsuram accipit. C. I.



SI feneraueris homini, id est, si tu mutuum dederis pecuniam tuam, a quo plus quam dedisti, expectes, non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, siue illud triticum sit, siue vinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plus quam dedisti, expectes accipere, foenerarores, & in hoc improbandus, non laudandus.

Ex concilio Agathensi.

Quando amplius exigitur quam detur, vsura accipitur. C. II.

VSura est, vbi amplius requiritur, quam quod datur: verbi gratia, si solidos decem dederis, & amplius quaesieris; vel dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris.

Ambrosius.

Rapinam facit, qui usuram accipit. C. III.

SI quis vsuram accipit, rapinam facit, vita non viuit.

Ex paenitentiali Romano.

De paenitentia eorum, qui usuras exigunt. C. IV.

SI quis vsuras vndecumque exegerit, tribus annis paeniteat, vno in pane, & aqua.

Augustinus.

Furtum committit, qui inuentum non reddit. C. V.

SI quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti; quantum potuisti, fecisti; quia plus non inuenisti, ideo plus non rapuisti. Qui alienum negat, si posset, & tolleret, Deus cor interrogat, non manum.

Hiero-

Hieronymus.

Peccat qui rem inuentam non reddit. *C. VI.*

MVlti ſine peccato putant eſſe, ſi alienum, quod inuenerint, teneant, & dicunt, Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Diſcant hoc ergo peccatum ſimile eſſe rapinae, ſi quis inuenta non reddat.

In periculo conſtitutis paenitentiae quantitas non eſt imponenda, ſed innoteſcenda. *C. VII.*

AB infirmis in periculo mortis poſitis pura eſt inquirenda confeſsio peccatorum, non tamen illis imponenda eſt quantitas paenitentiae, ſed innoteſcenda, & cum amicorum orationibus, & eleemoſynarum ſtudijs pondus paenitentiae ſubleuandum, ſi forte migrauerint, ne obligati, & communione, & conſortio veniae fiant alieni: a quo periculo ſi diuinitus erepti conualuerint, paenitentiae modum a ſacerdote ſibi impoſitum diligenter obſeruent. Et ideo ſecundum auctoritatem canonicam ne illis ianua pietatis clauſa videatur, orationibus, & conſolationibus eccleſiaſticis ſacra vnctione olei inuncti, ſecundum ſtatuta ſanctorum Patrum, communione viatici reficiantur.

Tempus, & modus paenitendi delinquentium, praeſidemtium impo natur iudicio. *C. IIX.*

HOC ſit poſitum in iudicio eorum qui praeſunt, vel quanto tempore, vel quali modo paenitere debeant, qui delinquunt: quia aetas ad eruditionem multam haberi differentiam poenarum facit.

De eodem. *C. IX.*

PAenitentibus ſecundum differentiam peccatorum, Epiſcopi arbitrio paenitentiae tempora decernantur.

De eodem. *C. X.*

PRO qualitate delicti paenitentiae tempus impendatur.

De

De modis paenitentiae, qualiter imponenda sit. C. XI.

MOdus, tempusq. paenitentiae peccata sua confitentibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum auctoritatem, aut per ecclesiasticam consuetudinem approbatam, imponi debet à sacerdotibus. Nam qui peccatis grauibus leues quosdam, & inusitatos imponunt paenitentiae modos, consuunt puluillos, secundum Propheticum sermonem, sub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersae aetatis ad capiendas animas; sed discretio seruanda est inter publice paenitentes, & absconse. Nam qui publice peccat, oportet vt publice multetur paenitentia, & secundum ordinem canonum pro merito suo excommunicetur, & reconcilietur.

Quod diuersitas culparum diuersitatem facit paenitentiarum. C. XII.

DIuersitas culparum diuersitatem facit paenitentiarum: nam & corporum medici diuersa medicamenta componunt, vt aliter vulnera, aliter morbum, aliter tumores, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combustiones curent; ita & spiritales medici diuersis curationum generib. animarum vulnera sanare debent. Sed quia haec paucorum est, ad purum scilicet cuncta cognoscere, & curare, & mederi, atque vt in integrū salutis statum valeant reuocare; ideo sollerter admonemus doctū quemq. sacerdotem Christi, vt non ex suo sensu, sed secundum canonum statuta, & traditiones Patrum vniuersa disponat, & conditionem vtriusque sexus, aetetem, paupertatem, causam, statū, personam cuiusque paenitentiam agere volentis, ipsum quoq; cor paenitentis aspiciat: & secundum haec, vt sibi visum fuerit, ut sapiens medicus singula quaeque dijudicet.

Quod multi sunt fructus paenitentiae. C. XIII.

MVlti sunt paenitentiae fructus, per quos ad expiationem criminum peruenitur. non enim tantum illo simplici paenitentiae nomine salus aeterna repromittitur, iuxta illud Apostolicum, Paenitemini, inquit, & conuertimini, ut deleantur vestra peccata. & illud Propheticum: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Propter illum nudum gemitum, & propter illud nudū nomen paenitentiæ nullus saluabitur, sed per veram confessionē, & sacerdotis intelligentis consilium, & per caritatis affectum, & per eleemosynarum fructum peccatorum moles subruitur.

Quæ

DE superbia, quae initium omnis peccati est, & regina omnium malorum, nascitur omnis inobedientia, omnis praesumptio, & omnis pertinacia, contentiones, haereses, arrogantia.

De vanagloria iactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriae cupido, & hypocrisis.

De inuidia nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, & afflictio in prosperis.

De ira oriuntur rixae, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio, praesumptio, blasphemiae, sanguinis effusio, homicidia, vlciscendi cupiditas, iniuriarum memoria.

De tristitia nascitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo, desperatio, torpor, vagatio mentis; saepe etiam & praesentis vitae nulla delectatio.

De auaritia oriuntur inuidiae, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, periuria, rapinae, violentiae, inquietudo, iniusta iudicia, contemptus veritatis, futurae beatitudinis obliuio, obduratio cordis.

De ventris ingluuie propagatur inepta laetitia, scurrilitas, leuitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo sensus.

De luxuria generatur caecitas mentis, inconsideratio, inconstantia oculorum, vel totius corporis praecipitatio, amor immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus praesentis saeculi, horror, & desperatio futuri.

Item de uirtutibus quibus eadem uitia superari possunt. C. XVII.

ERGO si superbus vsq. modo fuisti, humilia te ipsum in conspectu Dei.

Si vanam gloriam dilexisti, cogita, ne propter transitoriam laudem aeternam perdas mercedem.

Si inuidiae rubigo te hucusq consumpsit, quod est peccatum maximum, & super omnia detestabile, quia diabolo comparatur inuidus, qui primo homini inuidit datum, quod ipse per suam culpam perdiderat; age paenitentiam, & profectum aliorum tuum deputa.

Si tristitia te superat, patientiam, & longanimitatem meditare.

Si auaritiae morbus te grauat, cogita, quia radix est omnium

malorum, & idololatriae comparatur, & ideo largum te esse oportent.

Si ira te vexat, quae in stultorum sinu requiescit, dominari debes animo tuo, & hanc a te mentis tranquillitate fuga.

Si ventris ingluuies te ad vorandum pertrahit, sobrietatem sectare.

Si luxuria, castitatem voue.

Ex concilio Magontiensi.

Vt unusquisq. presbyter octo principalia uitia per ordinem sciat. CAP. XIIX.

VEntilata est ratio octo principalium vitiorum, vt vnusquisque diuersitatem illorum sciat, & ab illis Domino auxiliante se intelligat custodire, & alijs praedicare.

Vt sacerdotes diligenter examinent confitentium peccata. C. XIX.

VT Episcopi, & presbyteri examinent qualiter confitentibus peccata dijudicent, & tempus paenitentiae constituant.

Vt singuli presbyteri capitula auctoritatiua habeant ad succurrendum paenitentibus. C. XX.

VT vnusquisq. presbyter capitula habeat de maioribus, vel minoribus vitijs, per quae cognoscere ualeat, uel praedicare subditis, vt caueant ab insidijs diaboli.

Quod secundum canonum, & Paenitentialium statuta paenitentiae dandae sunt. C. XXI.

CVM igitur omnia consilia canonum, quae recipiuntur, sint a sacerdotibus legenda, & intelligenda, & per ea sit eis viuendum; necessarium duximus, vt ea, quae ad Fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitijs, & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & in populo praedicetur.

Vt sacerdotes nullam paenitentiam iniungant ex corde, sed ex auctoritate. C. XXII.

OMnibus his actis ventilata est ratio paenitentiae, vt sacerdotes certius intelligerent, quomodo confessionem reci-

pere,

pere, & paenitentiam secundum canonicam institutionem paenitentibus deberent indicare.

Ex Paenit. Romano.

Paenitentia illius anni, qui in pane, & aqua ieiunandus est, isto ordine obseruari debet. C. XXIII.

PAenitentia vnius anni, qui in pane, & aqua ieiunandus est, talis esse debet. In vnaquaq. hebdomada tres dies, id est, secundam feriam, quartam, & sextam in pane, & aqua ieiunet; & tres dies, id est, tertia feria, & quinta, & sabbato a vino, medone, mellito, ceruisa, a carne, & sagimine, & a caseo, & ouis, & ab omni pingue pisce se abstineat: manducet minutos pisciculos, si habere potest; si habere non potest, tantum vnius generis piscem, & legumina, & olera, & poma si vult comedat, & ceruisam bibat. Et in diebus Dominicis, & Natalis Domini illos quattuor dies, & in Epiphania Domini vnum diem, & in Pascha vsque in octauum diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quattuor dies, & in Missa sancti Ioannis Baptistae, & sanctae Mariae, & duodecim Apostolorum, & sancti Michaelis, & sancti Remigij, & omnium Sanctorum, & sancti Martini, & in illius Sancti festiuitate, qui in illo episcopio celebris habetur, in his supradictis diebus faciat caritatem cum ceteris Christianis, id est, utatur eodem cibo, & potu, quo illi: sed tamen ebrietatem & uentris distensionem semper in omnibus caueat.

Iste annus secundus est ab illo anno qui in pane, & aqua obseruandus est, & post illum ieiunandus. Qui etiam dandus est illis, qui uiros ecclesiasticos sponte occidunt, & in consuetudine habent Sodomiticum scelus, & qui in consuetudine habent contra naturam peccare, & in ecclesijs homicidia sponte committunt, & ecclesias incendunt, & in ecclesiis adulteria committunt, & qui alia huiuscemodi perpetrauerint. C. XXIV.

PAenitentia illius anni talis esse debet, vt hos duos dies, id est, secundam feriam, & quartam in unaquaq. hebdomada ieiunet usque ad uesperam, & tunc reficiatur de sicco cibo, id est,

pane, & leguminibus siccis, sed coctis, aut pomis, aut oleribus crudis, vnum eligat ex his tribus, & utatur, & ceruisam bibat, sed sobrie: & tertium diem, id est sextam feriam, in pane, & aqua obseruet: & tres quadragesimas ieiunet, primam ante Natalem Domini, secundam ante Pascha, tertiam ante Missam sancti Ioannis; & si totam quadragesimam ante Missam sancti Ioannis implere non possit, post Missam impleat. Et in his tribus quadragesimis ieiunet duos dies in hebdomada ad nonam, & de sicco cibo comedat, ut supra notatum est: & sexta feria ieiunet in pane, & aqua. Et in diebus Dominicis, & in Natali Domini illos quattuor dies, & in Epiphania Domini vnum diem, & in Pascha usque in octauum diem, & in Ascensione Domini, & in Pentecoste quattuor dies, & in Missa sancti Ioannis Baptistae, & sanctae Mariae, & duodecim Apostolorum, & sancti Michaelis, & sancti Remigij, & omnium Sanctorum, & sancti Martini, & in illius Sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. in his supradictis diebus faciat caritatem cum ceteris Christianis: sed tamen ebrietatem, & ventris distensionem semper in omnibus caueat.

Ex eodem.

De redemptione illius anni, quem in pane, & aqua ieiunare debet. CAP. XXV.

PRO vno die, quem in pane, & aqua ieiunare debet, quinquaginta psalmos genibus flexis, in ecclesia, si fieri potest, decantet. sin autem, in loco conuenienti eadem faciat, & unum pauperem pascat: & eodem die, excepto uino, carne, sagimine, sumat quidquid uelit.

Ex eodem.

Item alio modo. *C. XXVI.*

QVI in ecclesia genua centies flexerit, id est, si centies ueniam petierit, si fieri potest ut in ecclesia fiat, hoc iustissimum est: si autem hoc fieri non potest, secrete in loco conuenienti

uenienti eadem faciat: si sic fecerit, eo die, excepto uino, carne, & sagimine, sumat quod placeat.

Ex eodem. *Item alio modo.*

QVI psalmos non nouit, unum diem, quem in pane, & aqua paenitere debet, diues tribus denarijs, & pauper uno denario redimat: & eo die, excepto uino, carne, & sagimine, sumat quidquid uelit.

Ex eodem.

De illis, qui ieiunare non possunt, & psalmos nesciunt, quomodo paenitentiam unius anni, quem in pane, & aqua ieiunare debent, redimere possint. C. XXVII.

QVI uero psalmos non nouit, & ieiunare non potest, pro uno anno, quem in pane, & aqua paenitere debet, det pauperibus in eleemosynam uiginti duos solidos, & omnes sextas ferias ieiunet in pane, & aqua, & tres quadragesimas, id est, quadraginta dies ante Pasca, & quadraginta dies ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistae, & si ante festiuitatem aliquid remanserit, post festiuitatem adimpleat, & quadraginta dies ante Natiuitatem Domini. In his tribus quadragesimis quidquid suo ori praeparatur in cibo, uel in potu, uel cuiuscumq. generis illud sit aestimet, quanti pretij sit, uel esse possit, & medietatem illius praetij distribuat in eleemosynam pauperibus, & assidue oret, & roget Deum, vt oratio eius, & eius eleemosynae apud Deum acceptabiles sint.

Ex Paenitentiali Theodori.

De redemptione illius anni, quem in pane, & aqua ieiunare debet. CAP. XXIIX.

ITem qui ieiunare non potest, & obseruare quod in Paenitentiali scriptum est, faciat hoc quod sanctus Bonifacius Papa consti-

conſtituit. Pro uno die, quem in pane, & aqua ieiunare debet, roget presbyterum, ut Miſſam cantet pro eo, niſi ſint crimina capitalia, quae confeſſa prius lauari cum lacrimis debent, & tunc ipſe adſit, & audiat Miſſam, & deuote ipſe offerat proprijs manibus panem, & vinum manibus ſacerdotis, & intente reſpondeat, quantum ſapit ad ſalutationes, & exhortationem ſacerdotis; & humiliter Deum deprecetur, ut oblatio, quam ipſe preſbyter pro ſe, & pro peccatis ſuis Deo obtulerit, Deus omnipotens miſericorditer per Angelum ſuum ſuſcipere dignetur. & eo die, excepto vino, & carne, & ſagimine, comedat quidquid uult: & ſic redimat reliquos anni dies.

Ex eodem.

De illis, qui ieiunare non poſſunt, & habent unde redimere poſſint.
CAP. XXIX.

SI quis forte non potuerit ieiunare, & habuerit unde poſsit redimere, ſi diues fuerit, pro ſeptem hebdomadibus det ſolidos viginti: ſi non habuerit, vnde tantum dare poſsit, det ſolidos decem: ſi autem multum pauper fuerit, det ſolidos tres. Neminem vero conturbet, quia iuſsimus dare ſolidos uiginti, aut minus: quia ſi diues fuerit, facilius eſt illi dare ſolidos viginti, quam pauperi tres. ſed attendat unuſquiſq. cui dare debeat, ſiue pro redemptione captiuorum, ſiue ſuper ſanctum altare, ſiue Dei ſeruis, ſiue pauperibus in eleemoſynam.

Ex eodem.

De illis, qui non poſſunt adimplere quod in Paenitentiali ſcriptum eſt.
CAP. XXX.

QVI non poteſt ſic agere paenitentiam, vt ſuperius diximus, faciat ſic. Si tres annos continuos ieiunare debet, & non poteſt, ſic redimere poteſt. In primo anno eroget in eleemoſynam ſolidos uiginti ſex, in ſecundo anno eroget in eleemo

ſynam

synam solidos viginti, in tertio anno solidos decem & octo, hi sunt sexaginta quattuor solidi. Potentes autem homines plus dare debent, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Et qui illicita committunt, etiam a licitis se abstinere debent, & corpus debent affligere ieiunijs, vigilijs, & crebris orationibus: caro enim laeta trahit ad culpam, afflicta reducit ad veniam.

Ex Paenitentiali Bedae.

De illis, qui ieiunare non possunt, & non habent unde redimere possint. CAP. XXXI.

QVI ieiunare non potest, & non habet vnde redimat, & psalmos nouit, pro vno die, quem ieiunare debet in pane, & aqua, tribus vicibus, Beati immaculati, vsq. Ad Dominum cum tribularer, decantet; & sexies, Miserere mei Deus; & septuagies prosternat se in terra, & per singulas genuflexiones Pater noster decantet. Qui autem psalmos nescit, pro vno die, quem in pane, & aqua ieiunare debet, centies prosternat se in terra, & per singulas genuflexiones Paternoster.

Ex concilio Ilerdensi.

Quo tempore nuptiae celebrandae sunt. C. XXXII.

QVod non oporteat a septuagesima vsq in octauas Paschae, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem sancti Ioannis, & ab Aduentu Domini usq. post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.

De quodam sacerdote, qui scienter sacrificauit corpus Christi, scilicet hostiam iam consecratam. C. VLT.

DE quodam sacerdote quaestio proposita est, qui cum populo deberet cantare Missam, & fuisset oblitus portare hostiam,

ſtiam, pro verecundia populi ſcienter ſacrificauit corpus Chriſti, hoſtiam ſcilicet iam conſecratam, cum non haberet aliam. Conſilium Cardinalium, & plurium Epiſcoporum in hoc conſenſit, quod ſi occultum fuit, moneretur, deterreretur q. ut omni tempore uitae ſuae in paenitentia eſſet; & ſi poſſet ſine ſcandalo, abſtineret a conficiendo corpore Domini: ſi autem publicum, toto tempore ceſſaret a Miſſae celebratione. Pars tamen eorum dicebat, niſi ſe fecerit monachum, uel Canonicum, & tunc meritis exigentibus permiſſu Abbatis, & conſilio Apoſtolici, uel Epiſcopi, in neceſſitate poſſet accedere.

IN POENITENTIALE ROMANVM NOTAE.

TITVL. I. DE HOMICIDIO.



CAP. I. ex concilio Magontiensi cap. XXIV.) *Ex synodo Moguntina sub Rabano Archiepiscopo c. 24. in concilijs Surianae editionis. Habet Burchar. Vormacien. lib.6.c. 7. Iuo Carnoten. parte 10.c.136. decret. Gratian. siue Palea. 17.quaest. 4.cap. 24. Bernar. Papien. cap. 2. de purgat. uulg. in prima collect.o. decretal. Gregor. 9.cap. 2. de paeniten. & remiss.*

super duodecim vomeres feruentes se expurget) *Haec recte omissa sunt a Gregorio nono, utpote cum sint hae ferri candentis, aquae feruentis, & singularis certaminis probationes, quae purgatio uulgaris dicebatur, prohibitae Caelestini, Innocentij, & Honorij tertij constitutionibus, quae exstant sub titulo de purgatione uulgari lib. 5. decretal. Olim tamen haec a barbaris accepta diu obseruata sunt, ut ex Iuonis Carnoten. epistolis tempore Vrbani, & Paschalis minoris scriptis constat, epist. 68. ad Gildebertum Cenoman. Episcopum, & epist. 200. ad Guillelmum militem, & epist. 245. ad Ioan. Aurelian. Episcopum, & epist. 250. ad Ricardum Remen. Archiepiscopum. Viden. Grat. 2. q. 5. uel alijs q. 4. c. 7. Menam in fine, & c. 15. nobilis. & c. 20. consuluisti. & c. 22. monomachiam. & c. 23. saepe. & alijs. & Burch. in concilio Salegunst. c. 7. & 14. Vide etiam probationem aquae amarae ad zelotypiae purgationem Numeror. cap. 5. & apud Grat. siue Paleam. c. 21. in libro d. 7. 5.*

Cap. 2. ex concilio Vuormacien. cap. 111.) *cap. 26. est in concilijs, non tamen eisdem uerbis. Sed eisdem habet Burchar. lib. 6. c. 8. & Iuo parte 10. c. 137. decr. Vide Magun. sub Arnul. c. 16. & Tribur. c. 5. & infra cap. 34. huius tituli.*

Cum autem fuerit duodecim annorum cursus finitus) *duodecimi anni, habent Burch. & Iuo. Dum autem duodecimi anni cursus fuerit finitus, Magun. Et cum decimus anni cursus fuerit finitus, Vormacien. Cum decimi anni cursus fuerit finitus, Tribur. Cum autem fuerit duodecimi anni circulus finitus, infra ca. 34. & Burchar. lib. 19.*

Cap. 3. ex concilio Ancyritano) *Exstat in Nannetensi cap. 18. in concilijs, & apud Burch. lib. 6. c. 16. & Iuon. par. 10. c. 145. decr. & Ansel. Lucen. lib. 11. cap. 48.*

Cap. 4 ex concilio Elibertano.) *Adde cap. 5. & in concil. Vormacien. c. 39. & Magun. sub Raban. c. 22. Refert Raban. c. 14. paeniten. Burch. lib. 6. c. 19. Iuo part. 10. c. 22. & 148. decret. Ansel. lib. 11. cap. 35. Gratian. dist. 50. c. 43. si qua femina.*

si casu, post quinquennnij tempora &c.) *sic etiam Iuo d. c. 148. & Ansel. per pro post, Magun. & Raban. & Burch. per quinq. annorum tempora, Eliber. & Iuo d. c. 22. post quinq. annorum tempora, Grat. si casu, quinq. annorum tempora legitimam agat paenitentiam, Vorma. aliis omissis, quae habent alii, excepto Anselmo, qui ita scribit si casu, post quinquennii tempora, acta legitima paenitentia, ad communionem placuit admitti. ceteris omissis*

Cap. 5. ex decreto Siluestri Papae) *sic etiam Burch. lib. 6. c. 20. Iuo. par. 10. c. 149. decr. Ansel. li. 11. c. 49.*

nisi in finem) *fine, Burch. & Iuo.*

Cap. 6. ex concilio Turonensi) *Exstat in Vormacien. cap. 28. & apud Burch. lib. 6. cap. 25. & Iuon. parte 10. c. 145. decr. & Grat. 15. q. 1. c. 12.*

Cap. 7. ex epist. Clementis Papae) *adde epist. 1. prope finem. Refert Burch. li. 6. c. 28. Iuo par. 10. c. 157. decr. Ansel. li. 11. c. 43. & Grat. de paenit. dist. 1. c. 24. homicidior.*

Cap. 8. ex decreto Fabiani Papae) *sic etiam Burch. lib. 10. c. 60. Iuo par. 13. c. 61. decr.*

Cap. 9. ex concilio Agathensi) *sic etiam Burch. li. 10. cap. 62. & Iuo. parte 13. c. 64. decr.*

Cap. 10. ex paenitentiali Theodori) *Burch. li. 6. c. 32. Iuo par. 10. c. 161. decr. Ansel. li. 11. c. 53.*

veritas dicat) *Deut. 32. Ezech. 9. Rom. 12. Hebr. 10.*

Cap. 11. ex decreto Pij Papae) *Ex epist. Paulini Foroiulien. Episcopi ad Heistulfum, Burch. li. 6. c. 40. Stefan. v. Astulfo, Iuo li. 7. tit. 2. c. 3.*

2.c.3.*Panor.& parte* 8.*c.*126.*decr.& Grat.*33.*q.*2.*c.*8.

Pag.6.ver.3.post septem annos) *post octo annos, Iuo d.c.* 126.*& in ueteri libro Panor. septem est in edicto, & apud Burch. & Grat.*

Ver.5.nullatenus debuisti) *addit Iuo. Non enim Deus uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur ad paenitentiam, & uiuat. Ezech.*33.*Sic etiam Grat.*

Ver.16. Secundum autem consilium &c.) *Sin autem, publicam paenitentiam permanens in domo tua, uel in hoc mundo uis agere; quod tibi peius, & durius, & grauius esse non dubites: ita ut agere debeas, exhortamur. Omnibus diebus quibus paenitere debes, uinum, & omnem siceram non bibas: carnem numquam ullo tempore comedas & c.Iuo, & Grat. De sicera uiden. Hieron. epist.*2. *ad Nepotian.*

Ver.17. Arma depone, & cuncta &c.) *Armis numquam cingere; nec in quolibet loco litigare praesumas. Iuo, & Grat.*

Vers.19. excepto vno die Resurrectionis Domini) *& uno die Pentecostes, addit Burch. solus tam d.c.*40.*quam lib.*19.*p.*266.

Ver.22. & interdum leguminibus, & olerib. paeniteas) *sic etiam Burch. saleq. paenitere debes, Iuo d.c.* 126. *& sale paenitentiam age, Iuo in Panor. & Grat.*

Ver.23.Vinum, & medonem, & mellitam, & ceruisam numquam bibas) *& mellitam ceruisiam, Burchar. omnia haec omittunt Iuo, & Grat. mellitam coniicio esse cum melle confectam potionem. ceruisa, uel ceruisia, potio nota est Germanis, & Britannis. medonem ignoro, sed potionis genus esse apparet. Vinum, & omnem siceram non bibas, habent, Iuo, & Grat. A uino, & medone, ac mellita ceruisa abstineat, Triburien.c.*56.*&* 58. *Vide infra c.*22.

Ver.28. equum non ascendas; causam tuam &c.) *Haec omittunt Iuo, & Gratian.*

Pag.7. ver.6. quae supradicta) *quae supra, Burch. aptius, & Iuo. quae tibi, Grat.*

Ver.15. super caput tuum) *addit Burch. nos alieni a consortio tuo. item Iuo, qui addit his etiam alia. pro aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni sollicitudine nitimur desudare, & Domini attentius misericordiam cotidie implorare. Qui cum Patre &c. Eadem ferme Grat. refert usq. ad uerbum implorare, ut etiã est in Pan.lib.edito. Vetus uero liber habet omnia suprascripta.*

Ver. 16. & sub indissolubili &c.) *sic etiam Burchar. omittunt haec Iuo, & Grat.*

Cap. 12. ex concilio Elibertano) *cap. 85. addit Burchar. li. 6. c. 39. & Iuo par. 10 c. 168. decr. sed in conciliis non inueni.*

Cap. 13. Gregorius Bonifacio Maguntino Archiepiscopo) *Extat Gregorii minoris epist. 8. in conciliis. Refert eadem uerba Ansel. li. 11. c. 51.*

decreuimus, vel decernimus) *decernimus. Anselm. tantum. desiderantur haec in concil.*

nisi in sui temporis exitu) *sic etiam Ansel. uetus. nisi tempore exitus, concil. obitu pro exitu, Romanus liber Ans.*

Cap. 14. Synodus CL. Patrum &c.) *sic etiam Ansel. li. 11. c. 48. in Rom. inscriptionem falsam esse suspicamur.*

Pag. 8. ver. 11. nolens accidit) *sic Ansel. quoq. nolens occidit malo; aut nolenti accidit.*

Ver. 17. vel neptem) *seu nepotem, aut neptem, Ansel. plenius.*

Ver. 20. viginti annis) *duodecim annos, Ansel.*

Ver. 21. paeniteat) *addit Ansel. Si enim nolens, septem annos paenitcat. uero, pro enim, scribo.*

Cap. 15. ex concilio apud Vuarmerias) *Burch. li. 6. c. 42. Iuo parte 10. c. 170. decr. & Grat. 23. q. 8. c. ult.*

Cap. 16. Iudicium canonum) *sic etiam Ansel. li. 11. c. 33. sine inscriptione Grat. siue Palea dist. 50. c. 41.*

Cap. 17. Si quis ad homicidium &c.) *Iudicium cano. Ansel. lib. 11. cap. 34.*

non poterit) *sic etiam Ansel. non potuerit, malo.*

Cap. 18. Si quis aliquem &c.) *Ansel. li. 11. c. 36. etiam sine inscriptione.*

aut debilitauerit) *& pro aut, Ansel.*

Cap. 19. Consiliatus es &c.) *Burchar. lib. 19. pag. 264. sine inscr. proxima est: ex Paeniten. Romano.*

quadraginta dies) *id est, carinam, addit Burchar. de qua uoce mox scribemus.*

Cap. 20. Fecisti homicidium &c.) *Burch. ibid. ante cap. 19.*

quadraginta dies) *carinam unam, Burch.*

Cap. 21. Fuisti cum alijs &c.) *Burch. ibid. pag. 265. post uerba capitis 19.*

quadraginta dies) *id est, carinam, addit Burch.*

Cap. 22. Fecisti parricidium &c.) *Burch. ibid.*

mater-

materteram) *amitam, addit Burch.*
a vino, medone, mellita, ceruisa) *mellita ceruisia, Burch. Vide supra cap.* 11.
Cap. 23. Fecisti truncationem &c.) *Burch. ubi supra pag.* 266. *Ansel. li.* 11. *c.* 62. *in Rom. ex paenit. Romano.*
per legitimas ferias) *sic etiam. Anselm. omittit haec Burch.*
reddideras) *sic Ansel. reddideris, Burch.*
Cap. 24. Interfecisti furem &c.) *Burchar. ibid. ex Paeniten. Romano, Bernard. Papien. c. 4. de homicid. in 1. collect. & Greg. 9. c. 2. eiusd. tit. Viden. Burchar. li.* 1 *c.* 60. *Iuo parte* 13. *cap.* 46. *decr. Grat. siue Palea* 13. *q.* 2. *c. ult. Bernard. Papien. c.* 3. *de homicid. in* 1. *collect.*
Cap. 25. Accusasti aliquem &c.) *Burch. ubi supra. ex Burchardo lib.* 19. *Bern. Papien. c.* 9. *de accusat. in* 1. *collect. & Greg.* 9. *cap.* 8. *eiusd. tituli.*
quadraginta dies in pane, & aqua) *quod carinam uocant, addunt Burch. & alij.*
Cap. 26. Interfecisti filium &c.) *Burch. d. li.* 19. *pag.* 277.
paenitere debes) *ante haec uerba addit Burchar. per legitimas ferias.*
Mulier autem &c.) *Burch. li.* 19. *c.* 159. *Iuo par.* 15. *c.* 164. *decreti, ex concil. Elibertino.*
septem annis) *annos, Burch. sex annos, Iuo.*
Cap. 27. Mulieres quaedam &c.) *Ex concilio Arelaten. c.* 6. *apud Burch. li.* 17. *c.* 53. *& Iuon. parte* 9. *c.* 103. *decr.*
Ancyrani) *c.* 21. *Mart. Brac. c.* 78. *infra cap.* 28.
Elibertani) *cap.* 63. *Burchar. li.* 17. *c.* 51. *Iuo par.* 9. *c.* 109. *decr.*
Ilerdensis) *c.* 2. *Burch. li.* 17. *c.* 52. *& li.* 19. *pag.* 277. *Iuo par.* 10. *cap.* 182. *decr. Ansel. li.* 11. *c.* 56.
Cap. 28. De mulieribus &c.) *Dionysii Exigui uerba in interpret. cap.* 21. *Graeci Ancyrani in Corpore canonum. Est autem Latinis cap.* 20. *Refert Raban. c.* 11. *Paeniten. Burch. li.* 17. *c.* 54. *Iuo par.* 8. *c.* 314. *& par.* 10. *c.* 181. *&* 183. *decr. Ansel. li.* 11. *c.* 40. *Tarracon. li.* 5. *c.* 32. *Viden. Mart. Bracar. c.* 78. *Ansel. li.* 11. *c.* 42. *in Roma. & concil. Magun. sub Rabano c.* 21.
Cap. 29. Oppressisti infantem &c.) *Burch. li.* 19. *pag.* 279. *Viden. idem B. li.* 17. *c.* 58.
quadraginta dies) *id est, carinam, addit Burch.*
Cap. 30. Inuenisti infantem &c.) *Burch. ibidem. Vid. lib.* 17. *c.* 59.

iacuisti

iacuisti) *iacuistis*, *Burch.*

suffocatus esset) *addit Burch. an propria morte defunctus esset.*

quadraginta dies) *in pane, & aqua, addit Burch.*

tres annos) *per legitimas ferias, addit idem B.*

Cap. 31. Cuius paruulus &c.) *Ansel. lib. 11. c. 41. & 42. ex Paenitentiali Romano. Viden. Beda c. 2. de remed. peccat.*

Cap. 32. Si quis causa &c.) *ex concilio Vormacien. Burch. lib. 17. c. 57. Bern. Papien. cap. ult. de homicid. in 1. collect. Greg. 9. cap. 5. eiusd. tit.*

Cap. 33. ex Paenit. Rom.) *sic etiam Burch. lib. 17. c. ult. Iudicium cano. Ansel. li. 11. c. 39.*

tres annos paeniteat) *tribus annis paeniteat, Burch. duos annos paeniteat. & si nolens, tres quadragesimas. Ansel.*

Cap. 34. Occidisti &c.) *Burch. li. 19. pag. 260.*

quadraginta dies in pane, & aqua, quod Theotonice carina vocatur) *Teuthonice, Burch. Longobardorum esse uulgarem uocem, ait Tancred. c. 9. de accusat. in 1. collect. a carentia hominum, uel ciborum. & carenam, siue carentenam quidam uocant apud Greg. 9. c. 8. eiusd. tit. & c. 2. de sponsa duor. hoc esse credimus, quod in indulgentijs Apostolicis dicitur; tot annos, & totidem quadragenas de iniunctis paenitentijs indulgemus. Hoc ipsum esse existimamus, quod ex constit. Innoc. III. in concilio gener. Later. c. 62. quadraginta dies de iniunctis paenitentiis indulta remissio Episcopor. excedere non debet in litteris indulgentiarum: cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus inquit, moderamen consueuit obseruare. Vide c. 5. de paenit. & remiss. in 4. collect. & Greg. 9. c. 14. cum ex eo. eiusd. tituli. Ab hoc itaque quadraginta dierum numero credimus, carenas, & carinas, & carant euas, & quadragenas dictas esse. Inuenies carinae mentionem in conc. Salegunst. c. 17. & 19. post Burch. decr. & apud Iuo. par. 15. c. 183. & 185. decr.*

presbyter octo ordines habet) *sic etiam Burchar. melius diceretur septem: quattuor minores, tres sacros. sed hic addit Psalmistae ordinem ante Ostiarium: nos primam tonsuram clericalem appellamus.*

Vuormaciense concilium) *cap. 26. & supra cap. 2.*

duodecimi anni circulus) *sic etiam Burch. decimus anni cursus, Vormac. Vide capitis 2. notas.*

TIT. II. DE PERIVRIIS.

CAP. I. Qui compulsus &c.) *Ex decretis Pii, Burchar. li. 12. c. 4. Iuo parte 12. c. 61. decr. Tarracon. liber Galesianus li. 1. c. 241. & Grat. 22. q. 5. c. 1. Sed ex Paeniten. Theodori. Anselli. 11. c. 58. Viden. Beda de remed. peccat. c. 3.*

per legitimas ferias) *& pro per, Burch. & alii.*

Cap. 2. Si quis coactus &c.) *Ex Paeniten. Romano, Burch. lib. 12. c. 6. & Iuo parte 12. c. 63. decret. & Tarrac. li. 5. c. 6. Ex Paenit. Theodori, Ansel. li. 11. c. 60. & Grat. 22. q. 5. c. 3.*

se periurat) *se peierat, Burch. solus. vocem se omittit Tarracon. & Grat.*

Qui periurium &c.) *haec omittit Burchar. & ceteri. Viden. Beda c. 9. de remed. peccat.*

Cap. 3. Fecisti periurium &c.) *Burch. li. 19. pag. 267.*

quadraginta dies) *id est, carinam, addit Burch.*

Cap. 4. Ex Paenit. Theod.) *Theodori, Burch. li. 12. c. 11. Iuo par. 12. c. 68. decr. Ansel. li. 11. c. 63.*

dicatur) *perducatur, Ansel. inducatur, Burch. & Iuo.*

Cap. 5. Ex decreto Pelagij Papae) *sic etiam Burch. li. 12. c. 9. Iuo par. 12. c. 66. decr. & Ansel. lib. 11. c. 61. Gelasius, Grat. 22. q. 5. cap. 4.*

Cap. 6. Ex decreto Fabiani Papae) *Burch. li. 12. c. 8. Iuo par. 12. c. 65. decr. Ansel. li. 11. c. 62. Tarracon. li. 5. c. 5. Grat. 6. q. 1. c. 18.*

se periurauerit) *Ansel. & Tarracon. vocem se, omittunt.*

& numquam sit sine paenitentia) *haec ab eisdem sunt omissa.*

Cap. 7 Ex dictis Augustini) *Burch. li. 12. c. 21. Iuo par. 12. cap. 78. decr. Ansel. li. 11. c. 68. Grat. 22. q. 5. c. 19. Vide Tolet. 16. cap. 9. & 10.*

Cap. 8. Fecisti periurium &c.) *Burch. li. 19. pag. 297.*

quamdiu viuis.) *uiuas, Burch.*

Talem paenitentiam) *Tamen, Burch.*

Si quis per cupiditatem &c.) *Burch. ibid. & lib. 12. c. 3. ex Paeniten. Romano, & Iuo par. 12. c. 60. decr. & Tarrac. li. 5. c. 6. ex Paenitentiali, Ansel. li. 11. c. 72. qui solus scribit. Si laicus per cupiditatem.*

periurauerit) *sic etiam Iuo, & Tarrac. se peierauerit, Burch. lib. 19. peierauerit, d. cap. 3. se periurauerit, Ansel.*

& monasterium &c.) *Ansel. solus scribit. & conuersus ad monasterium, usque ad mortem seruiat Deo. Si autem non per cupiditatem.*

tem, sed mortis periculum incurrit: tres annos inermis, & exul paeniteat in pane, & aqua, & duobus se abstineat a uino, & carne; & dimittat pro se seruum, aut ancillam, aut ingenuam; & pro duobus annis eleemosynam faciat: & post septem annos iudicio sacerdotis communicet. In Tarracon. post uerbum subdat, est: Qui uero coactus pro uita & c. ut supra cap. 2.

Cap 9. Fecisti periurium &c.) *Burch. d. li. 19.*

quadraginta dies in pane, & aqua) *quod uulgus carinam uocat, addit Burch. sic supra c. 8. & tit. 1. c. 34. & tit. 3. c. 20.*

Cap. 10. Si iurasti &c.) *Burch. ibid. Viden. Iulian. Nouella 77. Burch. li. 12. c. 15. Iuo par. 12. c. 32. & 72. Ansel. li. 11. c. 66. Tarracon. li. 1. c. 242. Grat. 22. q. 1. c. 16. si quis.*

paeniteas) *in pane, & aqua paeniteas, Burch.*

Cap. 11. Si sacramento &c.) *Burch. d. lib. 19. Vid. Ilerden. cap. 7. Trosle. c. 11. Rab. c. 20. Paeniten. Burch. li. 12. c. 17. Iuo par. 12. c. 74. decr. Grat. 22. q. 4. c. 11. qui sacramento.*

Cap. 12. Qui consenserit &c.) *Ex Paeniten. Theodori, Ansel. lib. 11. c. 74.*

Cap. 13. Nouerint falsi &c.) *Ex concilio Agathensi cap. 8. apud Burch. lib. 16. cap. 16. & Ansel. li. 11. cap. 77. sed in concilijs non inueni.*

Ait enim) *Mat. 5.*

Cap. 14. Fuisti in falso &c.) *Burch. d. lib. 19. pag. 269. Tarracon. lib. 5 cap. 26.*

falsum erat) *falsum sciebas, Tarrac.*

Domino dicente) *Mat. 5.*

Si propter &c.) *haec non sunt in Tarrac.*

Cap. 15. Hieronymus) *in libro de naturis rerum, addit Ansel. lib. 11. cap. 69. in Rom. Viden. Grat. 22. q. 4. cap. 19. si quis them. 1. tribus.*

si mulier sita &c.) *De his uerbis uide cap. 17.*

statim cum) *statim ut, Ansel. & c. 17.*

irrita erunt) *nec tenebitur obnoxia, addit Ansel. & facilius emendabitur, cap. 17.*

Cap. 16. Ex concilio Hibernensi) *sic etiam Burch. lib. 12. c. 25. Eliberitano, Iuo par. 12. c. 80. decr. & Grat. 22. q. 4. c. 17. sine inscr. Tarrac. li. 6. c. 11.*

soluenda) *est, addit Grat. solus.*

Cap. 17. Ex eodem) *sic etiam Burch. lib. 12. c. 26. & Iuo c. 81. ubi supra*

supra. Ex concil. Elibert. idem Iuo li. 8. tit. 8. c. 19. Panor. & Grat. 22. q. 5. c. 15. in fine. Vide cap. 15. in fine.

in domo patris) *sic etiam d. c. 15. illo nesciente, addit Burchar. & ceteri.*

Cap. 18. Ex concilio Aurel.) *Aurelianen. cap. 2. Burch. lib. 12. c. 27. & Iuo par. 12. c. 82. decr. & c. 20. d. tit. 8. Panor. Hibernien. Ansel. li. 11. c. 69. in fine, in Rom.*

& iuramenta irrita sunt pueri) *& iuramenta pueri irrita sunt, Burch. & Iuo. iuramentum serui non permittente domino irrita erunt, Ansel.*

TIT. III. DE FORNICATIONE &c.

Cap. 1. Si laicus &c.) *Ex concilio Melden. c. 7. Burchar. lib. 9. c. 68. & Iuo parte 8. cap. 205. decreti. In concilijs non inueni. Vide Nanneten. 13.*

paeniteat) *sic etiam Iuo. paeniteant, Burch.*

commiserit) *sic Iuo. commiserunt, Burch.*

Cap. 2. Ex concilio Magontiensi) *Maguntino c. 9. Burch. lib. 9. c. 69. Iuo cap. 206. ubi supra, Maguntinen. cap. 9. In concilijs non inueni.*

ipsa consentiente) *ipso pro ipsa, Burch. & Iuo.*

nec in finem) *fine pro finem, Burch. & Iuo aptius.*

Cap. 3. Quod si vir &c.) *Ex concilio Nannetensi c. 14. in concil. Refert Burch. li. 9. cap. 70. Iuo parte 8. c. 207. decr.*

septem annos) *ut supra dictum est, addunt concil. & Burchar. & Iuo.*

inciderunt) *ceciderunt, conc. Burch. & Iuo.*

Cap. 4. Si quis forte &c.) *Elibertan. c. 69. Refert Iuo par. 8. cap. 281. decr.*

& sic reconciliari: nisi necessitas &c.) *Haec Iuo omisit.*

Cap. 5. Ex concilio Triburiensi) *Burch. li. 17. c. 4. Grat. 34. q. 1. c. 6. In concilijs non inueni. Videndus Burch. li. 19. pag. 273.*

illam digna vindicta affligi &c.) *sic etiam Burch. d. c. 4. Illa autem adultera, digna vindicta debet affligi, & in aeternum coniugio priuari, Burch. li. 19. Illa vero vindicta digna affligatur, & in aeternum coniugio priuetur, Grat.*

Cap. 6. Ex eod. concilio) *Burch. lib. 17. c. 5. & Tarrac. li. 5. c. 29. & Grat. c. 8. d. q. 1.*

Cap. 7. Ex eod. concilio) *Burchar. c. 6. eiusd. libri.*

Cap. 8. Ex concil. Magontiensi) *Maguntino cap. 3. Burch. lib. 17.*

c.8. Aurelianensi, Iuo parte 9.c.70.decr. sine inscrip. Tarrac. lib. 5.cap.30.

Pag.26. ver.18. Sex deinde annis) *Secundo anno similiter faciat, sed ecclesiam intret. postea uero duobus annis uescatur carne, Tarracon.*

Ver.24. nisi Dominicis, atq. praecipuis) *absq. praecipuis, Burch. & Iuo. absq. festis, Tarrac.*

P.27.v.1. consanguinei interfectoribus) *consanguineis, Burchar. & Iuo, & Tarrac.*

morchidum) *homicidium, ab hominis caede dici uidetur.*

Cap.9. Si quis viduam &c.) *Ex concil. Maguntino cap.56. in conciliis. Refert Burch.li.17.c.9. Iuo li.6.tit.11.c.2. Panor. & par.9. c.71. & 77. decr. & Tarrac. li.6.c.158. & Grat. 32.q.7.c. 20. & Capitul. Caroli, & alior. li.5.c.101. & li.7.c. 116. in addit. Vide Magun.2. sub Rabano c.29.*

cum patre, & filio) *Iuo d.c.2. & d.c.77. addit. Si quis relictam fratris, si quis neptem, aut nouercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam polluerit; eos disiungi, & ulterius numquam coniugio copulari praecipimus. Haec eadem habet Grat.*

districtionem esse) *fieri pro esse, concil. & Burch. & Iuo d.c.71. & Tarrac. & Capitul.*

Cap.10. Si quis cum matre &c.) *Ex concilio apud Vermeriam c. 4. Burch. lib.17.c.12. & Iuo parte 9.c.72. decr. & Grat. 35.q.2. cap.5. ex concil. Tribur. Grat. 34.q.1. cap.9. Vide concil. Vormac. cap.63.*

Cap.11. Si homo &c.) *Ex eod. concil. cap.5. Burch. li.17.c.13. Iuo c.73. ubi supra Grat. 35.q.2.c.6. Vide concil. Tribur. c.44.*

quattuor annos) *septem annos, Grat. omittunt haec Burch. & Iuo. praedura arceatur paenitentia, Tribur.*

Cap.12. Quidam fornicatus &c.) *Ex concil. Triburien. c.6. apud Burch. lib.17.c.16. & Iuo. parte 9.c.76. & Grat. 34.q.1.c.ult. Vide Triburien. c.43.*

Cap.13. Interrogatum est &c.) *Ex concil. Triburien. c.1. apud Burchar. c.20. eiusd. libri, & Iuo c.78. ubi supra.*

non coniugatus) *non coniugato, Bur. & Iuo.*

Cap.14. Qui dormierit &c.) *Ex concil. Maguntino c.5. apud Burchar. li.17.c.21. & Iuo d. par.9.c.79. latius. sic enim uerba eius capitis referunt. Interrogatum est, si pater, & filius; uel si duo fratres;*

fratres; uel si auunculus, & nepos cum una muliere fornicati sunt; quid inde faciendum sit? Manifestum est, quod graui uindicta plectendum est, quod graue facinus esse reperitur. Omnis enim moechia interdicitur, ubi scriptum est: Non moechaberis: quanto magis cum cognata, uel cum coniuge, seu concubina cognati? Exo.20. *Hinc in Leuitico scriptum est. Si moechatus fuerit quis cum uxore alterius; morte moriantur & moechus, & adulter.* Leui.20. *Qui dormierit &c.*

paenitentiam euadet) *Burch. & Iuo addunt. Vnde Apostolus. Irritam qui fecerit legem Moysi, sine ulla miseratione, sub duobus uel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora* Hebr.10. *mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit?*

Cap.15. Mulier quocumque &c.) *Ex Paeniten. Theodori, Burch. lib.17.cap.27. & Iuo par.9.cap.85.decr. Viden. Beda cap.2. de remed. peccat.*

duos annos) *tres annos, Burch. & Beda. sed in ueteri Burch. libro, duos annos, & apud Iuon.*

Cap.16. De his, qui &c.) *uerba sunt Dionysij Exigui interpretis cap.16. concilii Ancyrani Graeci, ut in Corpore canon. est, c.15. Refert Raban. c.6. Paeniten. Burch. li.17.c.30. Iuo par.9.cap.88. decr. Anselm. li.11.c.96. Viden. Mart. Brac. c.82. & Capitul. li.1. c.49. & Ansel. c.99. d. libri 11.*

id est, qui cum pecoribus, & masculis se coinquinauerint) *haec uerba in Corpore canonum omittuntur hoc loco. sed in titulo sic est. De his, qui fornicantur irrationabiliter, id est, qui miscentur pecoribus, aut cum masculis polluuntur. eadem uerba habet Raban. In alia editione apud Isidorum Mercatorem sic est in ueteri libro. In hoc titulo Graeca uerba sunt,* †quod *περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἢ καὶ ἀλογευομένων, quae nos Latinae possumus dicere: De his, qui irrationabiliter uersati sunt, siue uersantur. Sensus aũt in hac sententia duplex esse potest, † qui ex subiectis conijcitur. Aut de his, qui* †oportet *cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecorum † incestu.* †pecudũ *cum propinquis sanguine commixti sunt. In Capitul. li.7.c.356 post Graecor. uerbor. interpretationem additur. In qua sententia sensus triplex est. id est, de his, qui cum pecoribus coitu mixti sunt: aut more pecorum cum consanguineis usq. † affinitatis li-* † siue per *neam, incestum commiserunt: aut cum masculis concubuerunt,*

Martinus Bracar.c.82. sic ait. Si quis ante xx. annos in cuiuslibet animalis commixtione peccauerit. Ansel.d.c.99. Si quis more pecorum cum propinqua sanguinis sui incestis nuptiis coniunctus fuerit.

plenam communionem) *Haec non sunt in Corpore canon. neq; apud Raba. neque apud Martin. Brac. neq. apud Burch. Iuo. & Ansel.d.c.99. neq. in Graecis libris, sed sunt in editione Isidori Mercatoris in ueteribus libris, & in aliis omnibus a me lectis. & apud Ansel.d.c.96.*

Cap.17. Qui cum pecude &c.) *Ex Paeniten. Theodori, Burch. li.17.cap.32. & Iuo par.9.cap.90.decr.*

quidam tres) *sic etiam Burchar. duos pro tres, Iuo. sed in marg. tres.*

paeniteat personae) *personae paeniteat, Iuo. personae paenitere, Burch. aptius.*

Cap.18. Qui fornicatus &c.) *Ex eod. Paeniten. Burch. c.34. eo. li. & Iuo c.92. ubi supra. & Tarrac. li.5.c.33.*

& quindecim) *uel pro &, Burch. Iuo, & Tarrac.*

Cap.19. Ex paeniten. Romano) *sic etiam Burch. li.17.c.38. & Tarrac. li.5.c.34.*

& paenitentiam) *in paenitentia, Burch.*

Cap.20. Moechatus es &c.) *Burch. li.19. pag.268.*

Si moechatus &c.) *Burch. ibidem.*

Si tu solutus &c.) *Burch. ibid.*

quadraginta dies) *decem dies, Bur.*

Si fecisti &c.) *Burch. e. li.19. pag.268.*

in pane, & aqua) *quod carinam uocant, Burch. addit.*

sequentibus) *annis, addit Bur.*

Si corrupisti &c.) *Burch. ubi supra.*

Accepisti illam &c.) *Burch. ibid. Bernar. Papien. c.2. de sponsa duor. in 1. collect. & Greg.9. ex Burchardo li.19.*

quadraginta dies in pane, & aqua) *quod carinam uocant, addit Burch. carenam, Bern. & Greg.*

Contigit tibi &c.) *Burch. ibidem.*

quadraginta dies) *id est, carinam, addit Burch.*

& luctante) *& reluctante, Burch.*

nubat cui uoluerit) *post mortem uiri, addi debuit.*

Concubuisti &c.) *Burch. d. li.19. pag.269.*

quadraginta dies) *si fecisti, decem dies in pane, & aqua. Burch.*

Concu-

Concubuisti cum vxore &c.) *Burch.ibid.& Tarrac.li.5.c.26.Vide tit.7.c.9.*

quattuor dies paeniteas) *sic etiam Tarrac. quattuor dies in pane, & aqua paenitere debes, Burch.*

Si concubuisti &c.) *Burch.& Tarrac.ubi supra.Vide d.c.9.*

vel in tempore purificationis suae, vel menstruo tempore) *haec alio loco Burch. scribit, & in Tarrac.nulla sunt.*

decem dies paeniteas) *uiginti pro decem, Tarrac.xx.dies in pane, & aqua paeniteas, Burch. sed de menstruo tempore ait: decem dies in pane, & aqua paeniteas.*

Si fecisti &c.) *Burch.d.li.19.pag.273.*

quindecim annos) *per legitimas ferias, addit Burch.Legitimae feriae sunt, ni fallor, secunda, quarta, & sexta feria.*

Si fecisti fornicationem &c.) *Burch.ibidem.*

quadraginta dies) *id est, carinam, addit Burch.*

Si fecisti fornicat. cum filiola &c.) *Burch.ibid.*

quadraginta dies) *quod carinam uocant, addit Burch.*

Si fecisti fornicat. &c.) *Burch.ubi supra, pag.274.*

Fecisti fornicationem &c.) *Burch.ibid.*

masculini) *masculi; Burch.aptius.*

Si cum fratre &c.) *Vide supra cap.18.*

Si cum masculo &c.) *Burch.ibid.*

inter) *intra, Burch. bis.*

Fecisti fornicationem &c.) *Burch.ubi supra.*

Si fecisti &c.) *Burch. ibid.*

& sic) *ut sic, Burch.*

Fecisti fornicationem &c.) *Burch.ibid.*

& sic) *ut sic, Burch.*

commotionem) *& delectationem, addit Burch.*

Fecisti fornicat. contra nat. &c.) *Burch.ubi supra.*

in pane, & aqua) *quod carinam uocant, addit Burch.*

quindecim annos) *per legitimas ferias, addit idem Burch.*

Si obtrectasti &c.) *Burch.d.li.19.pag.275.Vide cap.27.*

tres dies) *quinque dies, Burch.*

vno die) *duos dies, Burch.*

Fecisti, quod quaedam &c.) *Burch.d.li.19.pag.277.*

Cap.21. Ex Paenitentiali Bedae) *sic etiam Burch.li.17.c.42.Vide c.27.& uide Bedam c.2.de remed.peccat.*

polluitur, tres dies) *sic est in ueteri Bur.li.20.dies, in editis.*

femi-

Feminae, tres dies) *sic etiam in ueteri Burchar. libro, menses pro dies, in editis.*
septem dies) *sex dies, Burch. uetus.*
decem dies) *sic etiam uetus B. liber xx. dies, editi.*
viginti dies) *sic idem vetus xl. dies, editi libri.*
Cap. 22. Ex Paeniten. Romano) *Bur. d. li. 17. c. 43.*
delectationes) *cogitationes, uetus B. liber.*
decem dies) *sic idem uetus liber. xx. dies, editi.*
Si diaconus, viginti dies. Si presbyter, tres hebdomadas) *sic etiam uetus B. liber. xxx. dies, & iv. hebdom. editus liber.*
septem dies) *sex dies, uetus B. liber.*
duodecim dies) *sic etiam in ueteri B. libro. xiv. dies, in editis.*
Cap 23. Ex Paenit. Romano) *sic etiam B. li. 17. c. 56.*
De Sodomitico peccato) *sic etiam Burch. sed falsa inscriptio est.*
Si inter nates) *Si iterantes, Bur.*
Pag. 36. ver. 9 impugnatione tentationis) *cogitationis, Bur.*
V. 12. septem dies) *sex dies, Bur.*
V. 13. Pueri ante &c.) *Ante haec uerba multa addit Burch. quae habet Ansel. li. 11. c. 118.*
Ver. 16. Paeniteant) *in pane, & aqua, addit Ansel.*
Ver. 17. Supradicta aetas &c.) *haec omittit Burch. habet Ansel.*
inter) *circa, Ans.*
Ver. 21. viginti dieb. paeniteat) *sic etiam Anselm. xx. dies: mollis autem annum paeniteat, Burch.*
Ibid. Si autem &c.) *omittit haec Bur. habet Ansel.*
Cap. 24. Ex Paeniten. Theodori) *sic etiam Ansel. li. 11. c. 97.*
dies vitae suae) *Si autem senex, aut aeger fuerit; carcerib. tenebrosis reclusus paeniteat omnib. dieb. uitae suae. Ansel. addit.*
Cap. 25. Theodorus) *Theodori, Ansel. li. 11. c. 129.*
duos annos) *annum, Ans.*
Cap. 26. Ex dictis Augustini) *sic etiam B. li. 19. c. 36. & Iuo parte 15. c. 53 decr. Vide Tit. 8. c. 1. & 2.*
vt ad salutem) *ut saluti, Burch. & Iuo.*
Cap. 27. Ex Paeniten. Romano) *Burch. li. 19. c. 137. Iuo parte 15. c. 147. decr. Vide supra c. 20. prope finem, & c. 21.*
Cap. 28. Theodorus) *Ex Paeniten. Theodori, Burch. li. 19. c. 138. & Iuo par. 15. c. 148.*
Cap. 29. Exercuisti &c.) *Burch. d. li. 19. pag. 273.*
vt tuo) *ut tu, Burch.*

duos

duos annos) *quinque annos, uetus B.liber: sex, editus.*
Elibertano) *cap.12.refert Iuo par.8.c.306.decr.*
illa, quae) *ille, qui, Bur.eam, d.c.12.*

TIT. IV. DE PRAEDATORIB. ET FVRIB.

Cap.1. Si quis ecclesiasticas &c.) *Ex decr. Eusebij Papae, apud Burch.li.11.c.27.in fine, Iuon.par.13.c.37.decr.Ansel.li.5.cap.41.Caesaraug.li.7.c.42.& Grat.12.q.2.c.10.in legib.in fine. Sed in concilijs non inueni: licet alia uerba ab eisdem relata exstent epist.2.in fine eiusd.Eusebij.*
Cap.2. Sacrilegi sunt &c.) *Ex concil.Moguntí.c.8.apud Burch.li.11.c.28.& Iuo.par.13.c.38.decr.*
in concilio Agathensi sub. iv. cap.) *in Vasensi, est in concilijs.*
Amico quippiam &c.) *Hieronymi uerba sunt in epistо.2.ad Nepotian.refert concil.Vasense cap.4.Iuo par.3.c.155.decr.Grat.12.q.2.c.71.gloria.in medio.& 13.q.2.c.10.qui oblationes.*
Cap.3. Augustinus) *Ex dictis Augustini, Burch.lib.11.c.54.sed Iuo par.13.c.3.decr.& Ansel.li.11.c.109.in Rom.ex Aug.in libro Quaestion.Exodi, & Grat.14.q.5.c.13.*
visibiliter rapere) *eripere pro rapere, Burch.& alij.*
bene intelligitur) *paene pro bene, Bur.*
quidquid aufertur) *quidquid illicite rerum proximi aufertur, Iuo, & Ans.& Grat.*
Cap.4. Theodorus) *Ex Paeniten.Theodori, Burch.li.11.cap.56. Iuo par.13.c.42.decr.Bern.Pap.c.5.de furtis in 1.collect.& Gregor.9.c.3.e.tit.Vide infra c.16.*
Cap.5. Idem) *Ex Paenit.Theodori, Burch.li.11.c.58.& Iuo par.13.c.44.decr.Alijs uerbis Ansel.li.11.c.109.& Grat.siue Palea, 17.q.4.c.17.si quis, ex Paenit.Romano, ut infra c.10.*
quadrupedia tulerit, vel casas effregerit) *quadrupedem, uel domum fregerit, Ans.& Grat.qui addunt, aut quamlibet rem melioris pretii. & infra c.10.*
septem annos paeniteat) *haec de clerico, Ansel. & Grat. qui addunt, laicus quinque. & infra.c.10.*
anno vno paeniteat) *in pane, & aqua. si reddere non poterit, tres annos paeniteat, addunt Ans.& Palea.Vide infra c.10.*
Cap.6. Hieronymus) *sic etiam Burch.li.11.c.55. & Iuo ubi supra c.41.Hieron.in epist.ad Titum.Grat.14.q.6.c.ult.fine inferi. Ansel.li.11.c.102.Exstant haec in d.epist.cap.2.*

in fon-

in fornicatione) *& adulterio, addit Hier.*
ſit fornicatio) *ſit fornicatio, aut adulterium, Hier.*
ſi mulier pulchra &c.) *ſi pulchra vel diues, deformis aut pauper, meretrix vel adultera ſit, Hier.*
fornicatio) *vel adulterium, addit Hier.*
quis abſtulerit) *ſeruus pro quis, Hier.*
Cap.7. Si quis ſepulcrum &c.) *Ex Paenit. Theodori, Burcar. lib. 11. cap. 58. poſt uerba capitis quinti. item Iuo par. 13. c. 44.*
Cap.8. Violaſti ſepulchrum &c.) *Burch. li. 19. pag. 269.*
Cap.9. Ex Paeniten. Theodori) *Anſel. li. 11. c. 107. & Grat. ſiue Palea 17. q. 4. c. 16.*
paeniteat) *tres in pane, & aqua, addunt Anſel. & Palea.*
Cap.10. Ex Paenit. Romano) *ſic etiam Grat. ſiue Palea c. 17. c. q. 4. ſine inſcrip. Anſel. li. 11. c. 109. Vide ſupra c. 5.*
annum vnum paeniteat) *in pane, & aqua, addunt Anſelm. & Palea.*
Cap.11. Theodorus) *Eiuſd. Theodori, Anſel. c. 112. e. libri.*
Cap.12. Maledixiſti patri &c.) *Burch. li. 19. pag. 270.*
quadraginta dies) *unam carinam, addit Burch.*
Dominus dixit) *Exod. 21. b. Leui. 20 b.*
Cap.13. Ex Paeniten. Romano) *Burch. li. 19. c. 94. & Iuo par. 15. c. 106. decr.*
Cap.14. Furatus es &c.) *Burch. d. li. 19. pag. 267.*
Cap.15. Si infregiſti &c.) *Burch. ibid.*
ibi tuliſti) *ſic etiam Burch. inde tuliſti, malo.*
anno vno) *annum unum per legitimas ferias, Burch.*
Si paruum) *furtum, addit Bur.*
Cap.16. Si rapinam &c.) *Burch. ubi ſupra.*
Si feciſti furtum neceſsitatis cauſa) *Vide ſupra c. 4.*
& ſex ferias) *& tres ſextas ferias, Burch.*
Cap.17. Incendiſti eccleſiam &c.) *Burch. d. li. 19. pag. 275. Viden. idem B. li. 3. c. 204. Iuo li. 2. tit. 6. c. 7. Panor. & par. 3. c. 127. decr. Anſel. li. 5. c. 18. Tarrac. li. 5. c. 10. Caeſ. li. 15. c. 76. Grat. ſiue Palea 17. q. 4. c. 14. Si quis.*
pretium tuum, id eſt, vuireldum tuum) *uniregeldum pro uuireldum, Burch. pretium ſuum diſtribuat pauperib. idem B. d. c. 204. & alij. Operae pretium eſt notare mendum ſcriptorum apud Grat. ſiue Paleam 17. q. 4. c. 26. ex concilio Triburien. c. 5. Omnes presbyteri interfectores compoſitione Epiſcopi, ad cuius parochiam*
pertinent

pertinent, soluantur. ita uidelicet, ut medietatem Renaldus Episcopus eius utilitati ecclesiae, cui praefuerit, tribuat &c. In Capitul. Caroli, & Ludou. li. 4. c. 15. ita est. Presbyteri interfecti Episcopo, ad cuius parochiam pertinent, soluantur, secundum capitulare gloriosi Caroli genitoris nostri. ita uidelicet, ut medietatem Vuirgildi eius Episcopus utilitatibus ecclesiae, cui praefuit, tribuat &c. Apud Burchar. li. 6. c. 11. est. Presbyteri interfecti compositio Episcopo, ad cuius parochiam pertinebat, soluatur, ita uidelicet, ut medietatem vuirgildi eius Episcopus utilitatibus ecclesiae, cui praefuit, tribuat &c. Eisd. uerbis utitur Iuo par. 10. cap. 140. decr. In concilio Tribur. cap. 4. de presbytero uulnerato si superuixerit, tota compositio, inquit, soluatur presbytero. Si autem articulo mortis praeuentus obierit, pretium vuirgildi tripartita partiatur diuisione &c. Bern. Papien. cap. 2. de poenis in 1. collect. Burchardi uerbis utitur, paucis exceptis, ut in notis diximus. At Gregor. 9. ca. 2. e. tit. uocem vuirgildi omisit, uoce compositionis retenta, quae apertior est. Itaq. apud Grat. siue Paleam uirigildi pro Renaldus scribendum est, & pro interfectores scribe interfecti.

Cap. 18. Si quis domum &c.) *Ex Paeniten. Romano, Burch. li. 19. c. 136. & Iuo par. 15. c. 146 decr.*

Cap. 19. Qui per rixam &c.) *Ex eod. Paeniten. Burchar. li. 19. c. 101. & Iuo d. par. 15. c. 113.*

Et si non habet &c.) *Ante haec uerba omissa sunt haec, quae habent Burch. & Iuo. Si laicus per dolum sanguinem effuderit, reddat illi tantum, quantum nocuit.*

soluat opera) *soluat in opera, Burch. soluat operas, malo.*

Cap. 20. Qui ictum &c.) *Ex Paeniten itali Bedae presbyteri, Burchar. d. li. 19. c. 102. & Iuo ubi supra c. 114.*

TIT. V. DE CRAPVLA, ET EBRIETATE.

Cap. 1. Ex decreto Eutychiani Papae) *sic etiam Burch. li. 14. cap. 2. & Iuo parte 13. c. 70. decreti. sine inscriptione, Capitul. li. 5. c. 96. & in addit. li. 7. c. 35. Verba sunt concilij Maguntini cap. 46. in conciliis.*

Cap. 2. Oportet Episcopum &c.) *Ex decr. Eusebii Papae cap. 12. Burch. li. 14. c. 7. Iuo d. par. 13. c. 75.*

non ioculatorum vaniloquia) *acromatum pro ioculatorum, Burchard. & Iuo. acroamatum scribendum. sunt autem acromata*

 dicta.

dicta, siue dicteria Latinis, quae saepe in conuiuiis iaciebantur in aliquos; aut alia dicta, aut recitata auditione digna. Sed & ipsi, qui dicebant, acroamata uocabantur. Cicero in Verrem. Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio disce deret &c. & pro Sextio. Ille ipse Iudeus non solum spectator, sed actor, & acroama. & pro Archia. Quod acroama, aut cuius uocem libenter audiret?

& hospites) *omittit Bur. & Iuo.*

se refecti) *se refectos, Bur. & Iuo.*

Cap. 3. Theodorus) *Ex Paeniten. Theodori, Burch. li. 14. c. 8. & Iuo par. 13. c. 76. decr. qui addit, Episcopi. Fuit autem Episcopus Cantuarien.*

seu &) *ceu, & Iuo.*

vt ministri) *& pro ut, Bur. & Iuo.*

quod ebriosi &c.) *1. Corin. 6.*

Cap. 4. Si quis ecclesiastica &c.) *Ex dictis Fructuosi Episcopi, Burchar. d. li. 14. c. 9. & Iuo. c. 77. ubi supra.*

Cap. 5. Qui per ebrietatem &c.) *Ex Paeniten. Romano, Burch. li. 14. c. 13. & Iuo d. par. 13. c. 81.*

si laicus) *Ante haec uerba Burchar. & Iuo scribunt. si clericus. xx. dies.*

Cap. 6. Laicus &c.) *Ex Paeniten. Bedae, presbyteri, Burch. d. li. 14. c. 14. & Iuo c. 28. ubi supra.*

se abstineat) *uoce, se, carent Bur. & Iuo.*

Cap. 7. Fecisti vomitum &c.) *Bur li. 19. pag. 271.*

id est, carinam vnam) *in pane, & aqua, Bur.*

alios) *alium, Burch.*

& aqua paeniteas) *addit Burch. si per bonam uoluntatem, decem dies in pane, & aqua paeniteas.*

Cap. 8. Theodorus) *Ex Paeniten. Romano, Burch. li. 5. cap. 49. & Iuo par. 2. c. 58. decr.*

Si infirmitatis &c.) *haec omittit Iuo.*

Cap. 9. Ex concilio Aurel.) *Aurelian. c. 5. Burch. li. 5. c. 50. Arelaten. 3. c. 5. Iuo d. par. 2. c. 59.*

Cap. 10. Ex decreto Pij Papae) *sic etiam Burch. li. 5. c. 47. Iuo li. 1. tit. 4. c. 33. Panor. & par. 2. c. 56. decr. Ansel. li. 7. c. 210. in Rom. Tarracon. lib. 6. c. 229. Caesar. li. 11. cap. 14. & Grat. de consecr. d. 2. cap. 27.*

linguabitur) *sic etiam Burch. & uetus Panor. liber. lingua lambetur.*

tur, editus liber, & d.c.56.& Grat.linguabitur, Ansf.ligentur. Tarrac.linguatur, Caes.

quae tetigerint stillam) *sic uetus B. liber tetigerunt, Bur. editus. quae tetigerit stilla, Iuo in Panor.& d.c.56.& Grat.uox stillam omittitur ab Ansf.Caes.vt Iuo.*

Cap.11. Qui non bene &c.) *Ex concilio Aurelian. c.6. Burch.l. 5.c.51.& Iuo c.34.d.tit.4.Panor.Arelaten.3.c.6.Iuo par.2.ca. 60.decr.Arelaten.Grat.de consecr.dist.2.c.94.Viden.Beda c.13. de remed.pecc.*

immundum animal) *animal, Bur.& ceteri.*

xxx. dies) *xx.dies, Bur.*

Perfundens &c.) *haec omittit Panor.& Grat.*

quando offert) *quando offeret, vetus B.liber.quando offertur,editus, & Iuo.*

qui autem perfundens) *perfundit, Bur.& Iuo.*

Diaconus obliuiscens &c.) *Haec interpretem desiderant.*

similiter paeniteat) *septem dies paeniteat, Bur.*

aut a vermibus) *ut aut uermibus uetus B.lib.ut uermib.edit.ut in eo uermis consumptus sit, Iuo non sine mendo.*

in pane) *cum pane, Bur. & Iuo.*

in eo) *& in eo, Iuo aptius.*

Cap.12. Ex Paenit. Romano) *sic Burch. d.li. 14.c.52. & Iuo c 61.ubi supra.*

non inueniatur) *non conculcetur, Iuo.*

& ignis) *& cinis, Bur.aptius, & Iuo.*

ignetur) *igni detur, Iuo.igniatur, uetus B.liber ignetur, editus.*

TIT. VI. DE INCANTATORIBVS &c.

Cap.1. Qui diuinationes &c.) *Dionysii Exigui uerba sunt interpretis cap.24.Graecis, 23.Latinis Ancyrani concilii, ut constat ex Corpore canonum. Refert Raban.c.23.Paeniten. Burch.li.10.c. 5.Iuo li.8 tit.5.c.2.Panor.& parte 11.c.2.decr.& Grat.26.q.5. c.2.Viden.Martin.Brac.c.71.concil.Trosle.c.15.Leo 4.in epist.ad Episcopos Britan.c.4.Capitul.li.7.c.21.in addit.1.*

& more) *& morem, Dion.& Raba.& Iuo, & Grat.*

arte malefica) *sic Raba.arte magica, Iuo, & Grat.*

Cap.2. Qui augurijs &c.) *Ex Paeniten.Romano, Burch. li.10.c. 8.Iuo par.11.c.36.decr.Vide infra c.3.& c.20.in fine. & Bed.c. 10.& 11.de remed.pecc.*

Cap.3. Si quis immissor &c.) *Ex eod.Paeniten.Ansel.li.11.cap.*

120.in fine. Vide infra c. 20. in fine. supra cap. 2. & Bedam cap. 7. de remed. peccat.
Cap. 4. Apostolus dicit &c.) Ex dictis Ambrosij, Burc. li. 10. c. 21. Extant in commen: eiusd. ad epist. ad Gelat. c. 4.
Dies obseruatis &c.) Galat. 4. b.
timeo, ne forte sine causa) Timeo vos, ne frustra. Amb. vox forte a Bur. est omissa.
Puto) ut puta, Amb.
post crastinum enim &c.) Romani dies atros putabant esse postridie Kalendas, Nonas, & Idus. Varro li. 5. de lin. Lat. Gell. li. 5. c. 17. & alij.
strumenta) sic Ambr. & sic fuerat in ueteri B. libro, mox instrumenta scriptum est. Huic simile est, quod quidam Spaniam, & Spanos, & Spalim, & Spalense concilium, pro Hispania, Hispanis, Hispali, & Hispal. concilio scripserunt.
nona autem luna) noua item luna, Amb.
festiuitas est) post cras Vulcanalia sunt. & talia. Ambros. addit.
annus impleatur) anni impleantur. sed vt Iani illius recolant memoriam bifrontis, hac superstitione utuntur, Amb.
Si quis in hac &c.) Haec non leguntur apud Amb. habet Burch.
anno vno) annum unum, Bur.
Cap. 5. Mulier &c.) Ex Paeniten. Romano, Burch. d. li. 10. c. 24. & Iuo par. 11. c. 50. decr.
Cap. 6. Si aliquis manducat &c.) Ex concilio Triburien. c. 4. apud Burch. c. 25. & Iuo c. 51. ubi supra.
Cap. 7. In tabulis &c.) Ex Paeniten. Theodori, Bur. c. 26. & Iuo. c. 52. ubi supra. Bern. Papien. c. 1. de sortileg. in 1. collect. & Greg. 9. c. 1. e. tit. Vide infra c. 20.
futura) furta, Greg. 9.
& vt nullus &c.) haec omisit Greg.
Cap. 8. Si quis praecantauerit &c.) Ex concilio Cabilon. cap. 5. apud Burch. lib. 10. c. 49. & Iuon. par. 11. cap. 74. decr. Vide infra cap. 20.
symbolum, & orationem dominicam) symbolo, & oratione dominica, Iuo. Viden. Bur. d. li. 10. c. 20.
Cap. 9. Ex concilio Magotiensi) Moguntino c. 8. apud Bur. li. 10. c. 52. Magontien. Iuo par. 13. c. 53. decr. Ex VIII. synodo, Grat. dist. 90. c. 4. alienus. In conciliis non inueni.
Si quis murmurans &c.) sic etiam Bur. & Iuo. Alienus sit a fratrum.

trum unitate, qui murmurat, & opus eius abiiciatur, qui murmurans extiterit &c. Grat. & Burch. c. 54. & Iuo c. 55. ubi supra.

Apostolus dicit) *1. Corin. 10.*

ab exterminatore, iuxta) *scribe, ab exterminatore. Iuxta, ut apud Burch. & Iuon.*

peccati. quia) *scribe, peccati, quia.*

Cap. 10 Ex eodem) *sic etiam Burch. c. 53. & Iuo c. 54. ubi supra. & Grat. c. 5. si quis, in fine. e. dist. 90.*

Cap. 11. Si quis contentiosus &c.) *Ex decr. Hilarii Papae, Burch. li. 10. c. 55. Iuo c. 56. ubi supra.*

dicente Apostolo) *1. Corin. 11.*

Cap. 12. Si quis contentiones &c.) *Ex concilio Agathen. c. 5. apud Burch. li. 10. c. 62. & Iuon. c. 63. ubi supra. Ex VIII. synodo, Grat. dist. 90. c. 5. si quis monachus contentiones.*

Prioris, vel Rectoris) *Rectoris, Bur. & alii.*

Cap. 13. Si quis in lingua &c.) *Ex Paeniten. Theodori, Burch. c. 56. & Iuo c. 57. ubi supra.*

Cap. 14. Ex concilio Carthaginen.) *adde quarto c. 57. ex concil. Refert Burch. li. 10. c. 66. & Iuo par. 11. c. 11. & par. 13. cap. 66. decr. & Caesar. li. 4. c. 112. & Grat. dist. 46. c. 5.*

a sacerdotibus) *in pro a, concil. & Iuo, & Caesar. & Grat.*

Cap. 15. Si detraxisti &c.) *Burch. li. 19. pag. 272.*

Cap. 16. Si quis detraxerit &c.) *Ex dictis Basilii Episcopi, Bur. li. 10 c. 67. & Iuo par. 13. c. 67. decr. In marg. dicitur, In regulis breuiorib. ad quaest. 27.*

Cap. 17. Quisquis &c.) *Ex concilio Tungrensi c. 5. apud Burch. li. 10. c. 65. & Iuon. par. 12. c. 86. & par. 13. c. 65. decr. Ex dictis Gregorii Papae, apud Grat. 24. q. 3. c. 22.*

Episcopum patrem, & pastorem suum) *Episcopum, uel presbyterum, Grat.*

vt qui) *& qui, Bur. & Iuo. & si quis, Grat.*

vt in vno) *vt in primis omnia bona eius proscriptione publicentur, deinde in uno, Grat.*

Cap. 18. Si quis ergo &c.) *Dionysii Exigui uerba sunt interpretis capitis 18. concilii Chalcedon. Graeci ex Corp. cano. Refert Raban. c. 19. Paenit. & Burch. li. 10. c. 68. & ex alia interpret. cap. 69. & Iuo par. 12. c. 87. & 88. decr. & Ansel. li. 8. c. 16. & 18. & Grat. 11. q. 1. c. 24. & ex aliis interpr. c. 22. coniurationum in fi. & c. 25. si clerici. Viden. concil. Tullen. post epis. synodi. Vide etiã infra c. 20.*

Cap. 19.

Cap. 19 Conspirasti &c.) *Burch.li. 19 pag. 272.*

Cap. 20. Igitur si clerici &c.) *Ex sententia c. 18 concilii Chalcedon. ut supra c. 18. Refert Burch. li. 10. c. 69. & Iuo parte 12. c. 88. & Anselm. li. 8. c. 18. & Grat. 11. q. 1. c. 25. si clerici.*

coniurati) *conspiratores, Grat.*

Consuluisti magos &c.) *Burch. li. 19. p. 269.*

Collegisti herbas &c.) *Burch. ibid. p. 270. Vide supra c. 8.*

viginti dies) *decem dies, Bur.*

Requisisti sortes &c.) *Burch. ubi supra. Bern. Papien. c. 2. de sortileg. in 1. collect. decr. ex Burch. li. 19. Vide supra c. 7.*

decem dies) *sic etiam Bur. XL. dies, Bern. editus. ueteres decem.*

paeniteas) *in pane, & aqua, addit Burc. editus. quae neq. in ueteri B. libro sunt, neq. apud Bern.*

Credidisti vmquam &c.) *Burch. ibid. Vide c. 2. & 3.*

TIT. VII. DE VARIIS CRIMINIB. *Haec inscriptio non erat in ueteri libro.*

Cap. 1. Si quis ballationes &c.) *Ex sexta pseudosynodo CP. in Trullo c. 62. Refert Bur. li. 10. c. 39. & Iuo par. 11. c. 64. decr.*

ante ecclesias) *Haec in Graeco canone non sunt.*

tres annos paeniteat) *clericus deponatur, laicus excommunicetur, Graec.*

Cap. 2. Ex concilio Nicaeno) *adde c. xi. Verba sunt Dionysii Exigui interpretis, ut constat ex Corpore canon. Refert Ansel. li. 11. c. 126. Vide cap. 3.*

placuit sanctae synodo &c.) *quae sequuntur, non Dionysii sunt, sed eius interpretis uerba, qui refertur ab Isidoro Mercatore. Eadem uerba habet Ansel.*

extra ecclesiam, id est) *haec non sunt in concil. neque apud Ansel. neq. Graeci habent. sunt infra c. 3.*

inter audientes) *sic etiam Ansel. & uetus concil. liber. inter paenitentes, editus. ἐν ἀκροωμένοις Graeci.*

extra communionem) *sic uetus concil. liber, & Ansel. iidem sine oblatione, editus concil. liber. χωρὶς προσφορᾶς, Graeci.*

Cap. 3. Si quis a fide &c.) *Ex decret. Eutychiani Papae, apud Burc. li. 19. c. 105. & Iuon. parte 15. c. 117. decr. & Ansel. li. 11. c. 127. in fine.*

inter audientes, iuxta Nicaenum concil.) *scribe, audientes, iuxta &c. est autem c. 11. ut supra c. 2.*

Cap. 4. Si quis de catholica &c.) *Exstat in concilio Elibertino cap. 22. Re-*

22. Refert Anſelm.lib.11.cap.128.

Cap.5. Iudicium canonum) *ſic Anſ.d.li.11.c.146.*

Cap.6. Tuliſti &c.) *Burch.li.19.pag.270.*

Cap.7. Quicunq. in quadrag. &c.) *Exſtat in concilio Toletano 8. c.9. Refert Burch.li.19.c.76.& Iuo par.15.c.89.decr. Sed in conciliis plura uerba ſunt: & poſt multa. Quiſquis ſine ineuitabili neceſſitate, atq. fragilitate, & euidenti languore, ſeu etiam impoſſibilitate aetatis diebus quadrageſimae &c. Iuo quoq. ita ſcribit. Quicumq. ſine ineuitabili &c. ut in concil.*

anni circulo) *anni tempore, concil.*

diſciplinam) *alia adduntur in conciliis.*

Cap.8. Ex concilio Elibertano) *cap.5. addit Burch.li.19.c.75.& Iuo c.88. ubi ſupra. ſed in conciliis non inueni.*

Cap.9. Ex eodem) *Burch.d.li.19.c.155.& Iuo ubi ſupra c.163. Vide ſupra ti.3.c.20.& Bedam c.2. & 10. de remed. peccat. & Bur.d.li.19.c.141. et Iuo par.15.c.151.*

poſt ſexaginta quinque) *poſt LVI. Bur. et Iuo poſt XL. Beda.*

Cap.10. Neglexiſti &c.) *Burch.li.19.pag.271.*

Cap.11. Contempſiſti &c.) *Burch.ibid.pag.271.*

Noluiſti ieiunium) *Soluiſti ieiunium, Bur. aptius.*

quadraginta dies) *in pane, et aqua, addit Burc. editus. in ueteri libro ea non ſunt.*

Cap.12. Spreuiſti miſſam &c.) *Bur.d.p.271. Vide conc. Gangr.c.4. apud Grat.diſt.28.c.15. ſi quis.*

Cap.13. Et menſurae &c.) *Ex concilio Moguntino c.21. apud Burchar.li.19.c.148. et Iuon.par.15.c.158.decr. et Bern.Papien.c.3. de empt. et uend. in 1.collect. et Greg.9.c 2.e.tit. In omnib. autem eſt, Vt menſurae etc.*

in diuinis legib.) *Leuit.19. Prouer.11. et 20.*

in capitulari Dominico) *li.1.c.74. Capitular. Caroli, et in appendice 2. poſt li.4.c.6.*

Et ſi quis) *Vt pro Et, Burch.*

paeniteat) *uiginti dies paeniteat, Bur. et Iuo. et Ber. xxx. dies, Greg.9.*

Cap.14. Feciſti falſitatem &c.) *Burch.d.li.19.pag.275.*

Cap.15. Tenuiſti oblationem &c.) *Burch. ibid.p.275. Retinuiſti oblationes etc.*

eccleſiae) *eccleſiis, Burch.*

vno anno) *unum annum per legitimas ferias, Bur. editus. ſed in ueteri eſt, unum annum paeniteas.*

Cap.16.

Cap.16. Detraxisti &c.) *Burch.ubi supra.*

Cap.17. Neglexisti decimam &c.) *B.ibid.pag.276.*

Cap.18 Oppressisti pauperes &c.) *Burch.ibidem.*

Cap.19. Fecisti, quod quidam &c.) *Idem B.ibid.*

Cap.20 Si reticuisti &c.) *Idem ubi supra.*

Cap.21. Qui reticuerit &c.) *Ex Paeniten.Theodori, Burch.li.19. c.121.Iuo par.15.c.133.decr.Vide infra c.26.*

Cap.22. Credidisti, quod quaedam &c.) *Burch.d.li.19.p.278.*

pullos aucarum) *plebeio sermone ocas uocant Itali anseres, aliquando aucas fortasse: ut Latinis ex aula olla, ex Paullo Polla factus est.*

Cap.23. Neglexisti visitare &c.) *Idem Burch.ibid.pag.279.*

Cap.24. Si comedisti &c.) *Idem B.ibid.*

paeniteas) *in pane, & aqua paeniteas, Bur.*

Cap.25. Fecisti, quod quidam &c.) *Bur.ubi supra.*

quod animae) *quod ad animae, Bur.aptius.*

quod eis) *quid eis, Bur.*

Cap.26. Qui peccatum &c.) *Ex Paeniten.Romano, Burch.li.19. c.117.Iuo par.15.c.129.decreti. Vide supra c.21.*

Cap.27. Sciendum &c.) *Ex Paeniten. Bedae presbyteri, Burch. c.118.Iuo c.130.ubi supra.*

Cap.28. Si quis alium &c.) *Burch.c.119.Iuo c.131.ubi supra, ex concilio Rotomagen.c.9.*

pelli debent) *compelli debent, Iuo.*

Cap.29. Qui ad feriendum &c.) *Ex Paeniten.Romano, Burch c. 120.Iuo c.132.ubi supra.*

Cap.30. Ex Paenit. Theodori) *Bur.d.li.19.c.135. Iuo d.par.15. cap.145.*

Cap 31. Eiusdem) *Bur.c.139.Iuo c.149.ubi supra.*

suis saecularib.lucris) *suis lucris, Iuo.*

TIT. IIX. DE VARIIS CRIMINIBVS) *Hic etiam titulus sine inscriptione est in ueteri libro.*

Cap.1. Ex concilio Ilerdensi) *Rabani uerba sunt c.1. Paeniten.in prin.Refert Iuo li.3.tit.11.c.20.Panor. & par.6 c.400. decre, et Tarracon.li.6 c.277.et Grat.dist.50.c.34.*

Sicut quondam filijs Heli peccantib. fecisse leguntur) *apud Raba, haec uerba posita sunt post illa, peiores fiunt. Adde 1.Re.2.*

hincinde) *hinc, atq. Raba.et Iuo, et Tarrac.et Grat.*

coram oculis Dei) *coram angelis Dei, Grat.*

vigi-

vigilasq. sacras) *vigilias, atq. sacras, Raba. uigiliasq. & sacras, Iuo, & Tarr. & Grat.*

qui omnes &c.) *haec Iuo omisit, & Tarrac. & Grat. Vide 1. Timo. 2. a.*

neq. vult &c.) *Ezech. 33. c.*

Cap. 2. Ex concilio Toletano) *Rabanus ubi supra. Vide titul. 3. cap. 26.*

De viris ordinatis) *De his autem, Rab.*

Cap. 3. Symmachus Papa) *sic etiam Tarracon. li. 1. c. 199. & Gra. 30. q. 1. c. 8.*

Siluester &c.) *Tarrac. c. 200. e. libr.*

vel accipimus) *omittit Tarrac. accipimus, Grat. omissis illis, suscipimus, vel.*

Cap 4. Caelestinus) *Tarrac. c. 201. vbi supra. & Grat. c. 9. d. q. 1. sine inscr. Caesar. li. 15. c. 37.*

hoc est, paenitentiali filia) *haec non sunt in Tarracon. neq. in Caes. neq. apud Grat.*

Idcirco femina) *si laica est, addit Tarr. & Caesar. & Grat.*

ab omni officio) *ab omni diuino officio, Tarr.*

quindecim annis) *XII. annis, Grat.*

ibique cunctis &c.) *haec omittit Caes.*

Cap. 5. Idem) *Tarrac. ubi supra, & Caesar. c. 38. e. li. & Grat. c. 10. d. q. 1.*

aut presbyter) *aut diaconus, addit Tarrac. presbyter, aut diaconus, Caes.*

presbyter duodecim) *diaconus decem, addit Tarr. & Caes.*

conscientia populi) *episcopi, Tarr.*

Cap. 6. Ex concilio Gangrensi) *sic etiam Grat. dist. 82. c. ult. Hibernien. Ansel. li. 8. c. ult. in Rom. Viden. Burch. li. 17. c. 39. ex Paeniten. Theodori, & Beda c. 8. de remed. peccat.*

Pag. 68. ver. 8. Canones Apostolor.) *cap. 25.*

Ver. 13. mensibus) *priuato loco, addit Ans.*

V. 17. ac nocte) *iugiter, addit Ans.*

V. 29 Clementis) *epist. 2.*

P. 69 v. 3. si fratres) *si sui confratres, Ans.*

V. 5. ordinem) *honorem, Ans. & Grat.*

Ibid. Calixti) *epist. 2. ad Episcopos Galliae.*

V. 8. si operarius est) *si opus est, Grat.*

Cap. 7. Innocen. Papa II.) *in concil. Romano cap. 5. exstat post*

Iuonis Panor. Refert Grat.27.q.1.c.40. Viden. Eugen.3.in concil.Romen.c.7.

quoniam contra) *quam contra, Grat. & Eug.*

Cap.8. Calixtus Papa) *Callist.2. in concilio Romano cap.20. Refert Ansel. lib.4.c. vlt. in Rom. & Grat. distin. 27. cap.8. Vid. Vrban.2.c.2. in decret. non editis.*

seu matrimonia contrahere) *omittit haec Ans.*

Cap.9. Hieronymus) *Augustinus, apud glossam ordin.1.Tim.5. & Pet. Lombar. li.4.dist.38. Hierony. apud Grat. dist.27.c.4. & 17.q.1.c.2.Viden.Augustin.de bono uiduitatis.c.9. & Gra.27. q.1.c.41.nuptiar.*

Cap.10. Idem) *Verba Hieronymi sunt li.1. contra Iouinian. Refert Iuo li.3.tit.17.c.6.Panor.& par.7.c.124. decr. & Caesar.li. 10.c.117.& Grat.dist.27.c.5.*

non peccat) *non peccauit, Hier.& Iuo; & Caes.Vide 1.Cor.7.*

quae semel se cultui diuino dedicauerit) *quae semet Dei cultui dedicauit, Hier. quae se semel cultui Dei dedicauit, Iuo, & Caes. quae semet cultui diuino dedicauit, Grat.*

habebit damnationem &c.) *1.Tim.1.5.*

Cap.11. Augustinus) *in libro de bono coniugali ad Iulianum, Gra. dist.27.c.2.scribe, de bono uiduitatis ad Iulianam c. 10. etsi non eadem uerba sint.*

Cap.12. Theodorus) *in Paenitentiali, addit Grat. e. dist. 27.c.3.*

Si vir votum) *Si uir simplex notum, Grat.*

Sic distinguendum &c.) *Ex Gratiano dist.27. cap.12.presbyteris. par.1.Hic pro Sic, Grat.*

& Calixtus, & Innocentius) *& Nicolaus, & Calixtus, Grat.*

contra Iouianum) *contra Iouinianum Hieron.lib.1.Grat.*

Cap.13. Virgines &c.) *Verba sunt Hieron.d.lib.1.contra Iouinian. refert Iuo d.c.6.Panor.& d.c.124.decr.& Caesar d.cap.117. & Grat.c.ult.dist.27.*

Cap.14. Vsus naturalis &c.) *Augustinus contra Iulian. li.5. apud Iuonem par.9.c.106.decr.contra Ioui.li.1.apud Grat. 32.q.7. cap. 14.sed non inueni.*

Apostolus) *Rom.1.*

Cap.15. Ex concilio Chalcedon.) *sic etiam Grat.30.q.4. ca.2. sed non exstat.*

Cap.16. Ioannes Chrysostomus) *Ex Paenit. Theodori, Ansel. li.11.c.94.& Grat.32.q.1.c.6.cum magna uarietate.*

inue-

inuenerit adulteram) *suam scit adulteratam, Ans.& Grat.*
& postea &c.) *& non uult dimittere eam, sed in matrimonio habere, Ans.& Grat.*
duob. annis) *tres annos, Ans.trib.annis, Grat.*
ideo quia &c.) *& quamdiu illa paenitet, abstineat se ab illa, Ans. & quamdiu paenitet, abst.se ab illa, G.*
Cap.17.Innocen.11.) *in concilio Romano c.18. & in calce Iuonis Panor.c.16.Refert Grat.23.q.8.c.32. Viden. Eugen.3 in concilio Remen.c.15.quod est editum cap.9.Eugenij 2.*
siquidem) *quidem, Grat.*
vrendam) *horrendam, Iuo, & Grat.*
interdicimus) *plura addit Iuo, & exstant in ipso concilio non edito.*
resarcito iuret &c.) *restituat, & se ulterius emendauerit &c. Iuo ceteris omissis.*
Si quis autem Archiepiscopus &c.) *cap. 19. eiusd. concilij. refert Grat.ubi supra. Mihi non uidetur aliud caput esse, sed pars superioris.*
Sane Regibus &c.) *Capit. 20. appellatur, sed mihi pars est capitis 18.*
Cap.18. Nicoalus Papa) *Frontario Archiepiscopo Burdegalen.addit Grat.12.q.2.c.17.*

TIT. IX. DE VARIIS CRIMINIB. ET PAENITENTIIS) *Hic etiam titulus, siue inscriptio in ueteri libro desiderabatur.*

Cap.1. Augustinus) *in psalm. 36. ut ait Iuo parte 13. cap. 17. decret.& Caesar.lib.8.cap.73.& Grat. 14.q.3. cap.1. est autem apud B.August.concione 3.in eum psalm.uer.Tota die miseretur, & feneratur.*
si tu mutuum dederis pecuniam tuam)*mutuam pecuniam tuam dederis, Aug.uoce tu, caret Iuo. si mutuo dederis pecuniam tuam, Grat.*
a quo plus) *a quo aliquid plus, Aug.*
expectes) *expectes accipere, Aug.*
in hoc) *ob hoc, Iuo. ex hoc, Caes.*
Cap.2. Ex concilio Agathensi) *sic etiam Burch.li.2.cap.126.& Iuo li.3.tit.13.c.6.Panor.sed par.6. c.200. decr. ex concil. Carthag.c.13.ex Agathen.Grat.d.q.3.c.ult. Ego in conciliis non inueni, sed in Capitul.Caroli.li.1.c.125.*
quam quod datur) *quam datur, Capit.& Burch.& Iuo.*

si solidos decem dederis) *si dederis solidum, Cap.*

quaesieris) *requisieris, Cap. & Burch.*

vel dederis &c.) *vel si dederis modium vini, frumenti, & iterum super aliud exegeris, Cap.*

Cap. 3. Ambrosius) *in libro de bono mortis, addit Grat. 14. q. 4. ca. 10. Ambrosii verba sunt in eod. libro cap. 12.*

accipit) *acceperit, Amb.*

Cap. 4. Ex Paeniten. Romano) *sic etiam Anselm. lib. 11. cap. 115. in Rom.*

vno) *omittit Ansel. in Roman. sed in alio veteri est c. 108.*

Cap. 5. Augustinus) *sic etiam Grat. 14. q. 5. c. 6. exstant huius cap. verba apud August. sermone 19. c. 8. de verbis Apostoli, & sermone 9. in libro 50. homiliar.*

Si quid inuenisti) *Nam quod inuenisti, Aug.*

non inuenisti) *non potuisti, Aug.*

plus non rapuisti) *non plus fecisti, Aug.*

Deus cor interrogat, non manum) *haec August. postea c. 9. scribit.*

Cap. 6. Hieronymus) *in libro Leuitici, addit Grat. c. 8. e. q. 5. Origenis est homil. 4. ad c. 6. Leuit. Rufino interpr.*

hoc ergo) *ergo peccatum hoc, Orig. hoc, Grat.*

Cap. 7. Ab infirmis &c.) *Ex Paeniten. Theodori, Burch. li. 18. cap. 14. & Iuo par. 15. c. 36. decr. sine inscript. Caesaraug. li. 15. c. 26. Theodorus Cantuarien. Archiepiscopus in Paenitentiali suo, Gratian. 26. q. 7. cap. 1. Inuenitur in concil. Maguntin. sub Raban. cap. 26.*

positis) *per presbyteros, addit Burch. & Iuo., & Caes. & conc.*

si forte) *& si forte, Burch. & Iuo, & Caesar. ut pro &, conc.*

& communione &c.) *ex communione alieni, vel ex consortio veniae fiant, Burchar. edit. vel consortio, vetus B. liber, cetera, ut editus. & a communione alieni, vel consortio veniae fiant, Iuo. excommunicatione pro ex communione, Caesar. cetera, ut B. editus. a communione pro & communione, Grat. cetera, ut edita sunt. excommunicatione, alieni ex consortio bene fiant, conc. non sine mendo.*

a sacerdote sibi) *a suo confessore, conc. & Burch. & Iuo. a suo confessionario, Caes.*

canonicam) *canonum, Caes.*

vnctione olei inuncti) *cum unctione olei animati, Burchard. & Iuo. cum sacra unctione olei animati, Caes.*

Cap. 8.

Cap.8. Hoc sit positum &c.) *In octaua synodo, Grat.26.q.7.c.8. sed non exstat in concilijs.*

Cap.9. Paenitentibus &c.) *Verba sunt concilij Carthagin. 3.cap. 31.& concilij Africani cap.10.& Carthag.Graeci cap.43. Refertur in Capitul. lib.7. cap.30. in concil. Trosle. cap.13. a Rabano cap.35. Paeniten. apud Burchar.li.19.cap.40.& Iuon.par. 15. cap.3.decr.& Ansel.li.11.c.20.& Caesar.li.15.cap.46.& Grat. d.q.7.c.5.*

Cap.10. Pro qualitate &c.) *In octaua synodo, Grat. d.q.7. ca.7. Mihi uidetur titulus esse, sine summa capitis 31. concilii Carthag.de quo supra c.9.*

Cap.11. Modus, tempusq. &c.) *Ex concilio Moguntino cap. 10. Burchar.li.19.cap.28.& Iuo parte 15.cap.46.decr. Ego inueni in concilio Mogun. sub Raban. cap.31.& Cabilon. sub Carolo cap. 38.incip. Modus autem paenitentiae.& in Capitul. lib.7. cap. 64. in additis. Vide concil. Paris. sub Ludouic. & Loth. libro 1. cap.32.*

consuetudinem approbatam) *consuetudinem, sicut superius dictum est, concil.Cabil.& Cap.*

imponi debet) *additur in concil.Cabil.& in Capit. repudiatis, ac penitus eliminatis libellis, quos Paenitentiales vocant, quorum sunt certi errores, incerti auctores. de quib. recte dici potest. Mortificabant animas, quae non moriuntur, † & uiuificabant animas, quae non uiuebant. Sciendum autem haec non de trib. Paenitentialibus dici, Theodori, Bedae, & Romano; sed de aliis incerti nominis. Vide d.conc.Paris.* Ezec. 13. d. † mortic-bantur

a sacerdotibus) *haec omittunt conc.Cabil.& Cap.*

Nam qui peccatis) *Qui dum pro peccatis, concil.Cab.& Cap.*

consuunt puluillos &c.) *Ezech.13.c.*

sed discretio &c.) *haec non sunt in concil. Cabil.neq.in Capit. habet Magun.& Bur.& Iuo. Vide Burchar.cap.37. et Iuon.cap.37.ubi supra.*

Cap.12. Diuersitas culparum &c.) *Burch.c.29. Iuo c. 47. ubi supra, Ex dictis Augustini.*

quia haec) *quia hoc, Iuo.*

aspiciat) *inspiciat, Bur.et Iuo.*

Cap.13. Multi sunt &c.) *Ex dictis eiusdem, Burch.c.30. Iuo cap. 48.ubi supra.*

illud Apostolicum) *Act.3.*

Illud

illud Propheticum) *Esa.30.*

Cap.14. Falsas paenitentias &c.) *Gregor.VII.in concilio Romano 4.c.6.Pontif.an.6.Christi 1078.Indict.2.die XIII.Kal.Decemb.ex registro.Refert Ansel.li.7.cap.ult. in Roman.Tarracon. lib.5.cap.50.Grat.de paenit.dist.5.c.6.Viden. Greg.7. lib.7. registri epist.10.*

miles) *quicumq. miles, registr.& Ans.& Tarr.*

recognoscat veram) *recognoscat se ueram, regist. & Grat.& Ansel.& Tarrac.*

nec tamen) *ne tamen, regist. & Tarracon. & Gratian. nec inde, Anselm.*

ad paenitentiam) *ad ueram paenitentiam, Ans.*

Cap.15. Fratres nostros &c.) *Innocen. II.in concilio Romano cap.22.Vrban.II.in concili Melfit.c.16.refert Caesaraug. lib.15. c.15.& Grat.c.ult.e.dist.Viden. Greg.7. lib.7. registr. in concilio Roman.an.1080.c.5.*

laicorum) *clericorum, Caes.*

scriptum est) *Iaco.2.*

vel negotiali) *negotio, Grat.*

Cap.16. Nunc tibi octo &c.) *Ex Paeniten.Theodori, Burch.lib. 19.c.6.Viden.Beda c.5.de remed.peccat.& fragmen. Caroli, uel potius Amilarij, sic enim in ueteri libro legi. Item Cassian. lib. 5.c.1.de instit.coenob.& collat.5.cap.2. & 16. & Theodul. ad presbyteros Aurelian.c.31.*

Pag.81.v.18. De superbia &c.) *De superbia, quod est caput omnium vitiorum, oriuntur suprascripta septem uitia criminalia. Amilar. De superbia, contemptus, inuidia, inobedientia, blasphemia, murmuratio, detractio. Cassian.collat.5.c.16.*

V.22. De vana gloria &c.) *De inani gloria, id est uana, quae Graece dicitur cenodoxia, nascitur inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentiones, pertinacia, discordiae, & nouitatum praesumptiones. Amil.De cenodoxia, contentiones, haereses, iactantia, ac praesumptio nouitatum, Cassian.d.c.16. Cenodoxia, id est, iactantia, seu uanagloria. Idem c. 2. collat.5. Cenodoxia, quod sonat uana, seu inanis gloria, Idem c.1.lib.5. de inst. coenob.Vana gloria, Theod.*

V.24. De inuidia &c.) *De inuidia, siue inuido, qui ab inuidendo alterius felicitati dicitur, nascitur odium &c. Amil.*

V.26. De ira &c.) *De ira longa, quae ab indignatione dicitur,*

a qua

a qua & iracundia, † *eo quod accenso sanguine in furorem compellitur, nascuntur rixae &c. Amil. De ira, homicidium, clamor, & indignatio, Cassian. d.c. 16.* † iracũdus

V. 30. De tristitia &c.) *De tristitia, quae oritur ex ira, nascitur malitia &c. Amil. Accidia, siue tristitia, Theodul. De tristitia rancor, pusillanimitas, amaritudo, desperatio, Cassian. d.cap. 16.*

Pag. 82. verf. 1.) torpor, uagatio mentis.) *torpor circa praecepta, uagatio mentis erga illicita, Amil. De ace dia, otiositas, somnolentia, importunitas, inquietudo, peruagatio, instabilitas mentis, & corporis, uerbositas, curiositas, Cassia. d.c. 16.*

Ver. 3. De auaritia &c.) *De auaritia, quae Graece dicitur philargyria, id est, amor pecuniae, ab auiditate dicta, nascitur proditio, fraus, fallacia, periurium*, † *inquietudo, uiolentia, & contra misericordiam obduratio cordis, Amil. philargyria, quod intelligitur auaritia, uel ut proprius exprimatur, amor pecuniae, Cassia. d. li. 5, c. 1. De philargyria mendacium, fraudatio, furta, periuria, turpis lucri appetitus, falsa testimonia, uiolentia, inhumanitas, ac rapacitas, Idem d.c. 16. tertium philargyria. id est, auaritia, siue amor pecuniae. Idem d.c. 2.* † periuria

V. 7. De ventris ingluuie &c.) *quae Graece dicitur gastrimargia, id est, horrida uoracitas, atque gulositas*, † *quae a gula dicitur, nascitur inepta laetitia &c. Amil. addit. De gastrimargia namq. nascuntur comessationes, ebrietates. Cassian. d. cap. 16. Primum gastrimargia, quod sonat uentris ingluuies. Idem d.c. 2. gastrimargia, quae interpretatur gulae concupiscentia, Idem d. c. 1. gastrimargia, hoc est uentris ingluuies, Theod.* † gluto, siue gulosus.

Ver. 8. vaniloquium) *stultiloquium, multiloquium, Amil.*

Ver. 9. hebetudo sensus) *circa intelligentiam, addit Amil.*

V. 10. De luxuria &c.) *De luxuria, quae a luxu nomen accepit, & est immunditia corporalis, unde & luxuriosus, quasi solutus, & corruptor dicitur, nascitur caecitas mentis &c. Amil. De fornicatione turpiloquia, scurrilitas, ludicra, ac stultiloquia. Cassia. d. cap. 16.*

Cap. 17. Ergo si superbus &c.) *Bur. cap. 7. e. libri.*

Cap. 18. Ex concilio Magontiensi) *Moguntino c. 5. Burch. d. li. 19. c. 97. Maguntiensi c. 5. Iuo par. 15. c. 109. decr. Exstat in concil. Remensi cap. 13.*

vnusquisque) *presbyter, addit Iuo.*

Cap. 19.

Cap.19. Vt Episcopi &c.) *Ex eodem c.6. Burch.c.98. & Iuo c.110 ubi supra.*

Ca.20. Vt vnusquisq. &c.) *Ex e.c.26. Bur.c.99. Iuo c.111. ubi supra.*

Cap.21. Cum igitur omnia &c.) *Ex concilio Maguntino 2.c.2. & Cabilon sub Carolo c.37. in conciliis. Refert Burch. d.li.19.c.147. & Iuo par.15.c.157.decr.*

quae recipiuntur) *qui pro quae, Cabil.*

viuendum) *& praedicandum, addit Cabil. & Burch. & Iuo.*

legatur) *& bene intelligatur, addit Cabil. & Bur. & Iuo.*

Cap.22. Omnib. his &c.) *Ex concilio Moguntino c.24. apud Bur. d.li.19.c.96. & Iuon.d.par.15.c.108. Exstat in conc. Remen.c.12.*

indicare) *indicere, Iuo in marg.*

Cap.23. Ex Paeniten. Romano) *sic etiam Burch. d. li.19.c.9. & Iuo d.par.15 c.189. Vide e. Burch.l.6.c.1.2.3. & 4. & Iuon.d.par. 10.c.130.131.132. & 133.decr.*

secundam feriam, quartam, & sextam in pane, & aqua ieiunet) *Hoc est, quod alibi dicitur, annum in pane, & aqua per legitimas ferias ieiunet.*

a vino, medone, mellito, ceruisa) *a uino, medone, mellita, ceruisia, Burch. & Iuo. Ceruisa tamen est in ueteri B. libro, ceruisia apud Iuonem.*

pingue pisce) *pingui pisce, Bur. & Iuo, licet uetus B. liber pingue pisce habeat.*

in Missa sancti Ioannis Baptistae) *sic appellari solebat dies festus eiusd. sancti, ut apparet ex Capitularib. Caroli, & aliorum Regum. sic etiam Missa sancti Martini, sancti Remigij, & aliorum sanctorum: a parte diei celebri, totus dies dicebatur.*

in illo episcopio) *in illo episcopatu, Burch. & Iuo.*

Cap.24. Iste annus secundus &c.) *sic Burch. in titulo capitis 10. & Iuo in contextu uerborum capitis 190. ubi supra.*

in consuetudinem) *in consuetudine, Bur.*

Paenitentia illius &c.) *Ex eodem, Bur. ibid. sine inscript. Iuo.*

hos duos) *duos, Bur. & Iuo.*

primam ante) *unam ante, Iuo, & Bur. ecitus.2. ante, uetus liber.*

Cap 25. Ex eodem) *sic Burch. d.li.19.c.12. sine inscr. Iuo. d. par. 15.c.192. Viden. Beda c.14. de remed. peccat.*

decantet) *saepe hac uoce, & similibus utitur pro dicere, uel legere, uel recitare, ex alicuius uulgaris linguae dialecto. Et cum psalmis, uel canticis minus inepte, quam cum orationib. coniungitur. nā*

& ipsi

& ipsi Poetae, cum carmina scribunt, canere dicuntur. ut Arma, uirumq. cano: & Iusq. datum sceleri canimus: & Quid faciat laetas segetes &c. Hinc canere incipiam.

& vnum pauperem pascat) *Vides hic pauperum cibis, & orationibus pro indicta paenitentia ieiuniorum satisfieri: alibi peregrinatione, & bello sacro, & genuflexione, aut percussione, aut alijs corporis afflictionibus. Hinc indulgentiae Episcoporum, & maiorum Pontificum, & ipsius Christi Vicarij celebratae sunt.*

Cap.26. Ex eodem) *sic etiam Burch.c.14.& Iuo c.194.ubi supra.*

Qui psalmos &c.) *Burch.c.15.Iuo c.195.ibid.*

diues trib. denarijs & pauper vno denario redimat) *Denarium Romanum ueteri aestimatione accipio, ut saltem sit drachmae argenti pondere, quo possit pauper cibum eo die sibi emere: ut in Euangelio denarius est merces operarij. Mat.20.d. Manus adiutrices postea haec redemptio appellata est.*

Cap.27. Ex eodem) *sic Burch.c.20.& Iuo c.200 ubi supra. Viden. Beda c.14. de remed. peccat.*

paenitere debet) *ieiunare debet, Iuo.*

viginti duos solidos) *Cuius aestimationis sint hi solidi, plane ignoro. sed cum unius diei redemptio sit denariorum trium, fit summa 365. dier. 1095. denarij. ita fit, ut in singulis solidis sint 49. denarij, & aliquid amplius. Sed malo, ut singuli solidi aestimentur denarijs sexdecim, & ut redemptio fiat singulis denarijs in singulos dies. Ita fit minor summa, quae est magis uerisimilis. Sed & habenda ratio est festorum dierum, qui redimi non debent.*

ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistae) *Hic non Missa dicitur, ut supra c. 23.& 24.*

Cap.28. Ex Paeniten. Theodori) *sic etiam Burch. c.21. & Iuo c. 201. ubi supra.*

vt Missam cantet pro eo) *cantet interpretor dicat, ut supra c. 25. Est autem hic notandum, a tempore Bonifacii Papae sacrificium Missae priuatae offerri pro paenitente, eoq. indulgentiam mereri grauioris paenitentiae: & confessionem praecedere oportere, si capitalia sint crimina.*

audiat Missam, & deuote ipse offerat) *in seuerioribus paenitentiis ne ingredi quidem licet ecclesiam, nisi post certum tempus; alio uero tempore audire potest orationes, sed discedit cum cathecumenis; postea audit omnia, sed non offert: tandem offert, & ad extremum communionis particeps fit. Viden. Greg. Thaumat.*

O quam

quam ipse presbyter) *quam ipse, & presbyter, Burch. & Iuo.*
obtulerit) *obtulerunt, Burch. & Iuo.*

Cap. 29. Ex eodem) *sic etiam Burch. d. li. 19. c. 22. sine inscrip. Iuo d. par. 15. c. 202.*

pro septem hebdomadib. det solidos viginti) *supra c. 27. pro redemptione unius anni dat solidos xxii.*

pro redemptione captiuorum &c.) *hic enumerantur causae iustae eleemosynarum, quae postea causae indulgentiae illius fuerunt, quam diximus appellari manus adiutrices. Sed plures hic omittuntur, ut est fabrica, siue aedificatio ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, & aliorum locorum piorum, item pontium, atq. murorum, & similium.*

Cap. 30. Ex eodem) *sic Burch. c. 23. ubi supra. sine inscr. Iuo d. par. 15. c. 203. Vide n. Beda c. 14. de remed. pecc.*

solidos viginti sex) *supra c. 27. solidos uiginti duos. & c. 29. pro septem hebdom. solidos uiginti.*

sexaginta quattuor solidi) *ex proportione posita c. 27. esse debuerunt solidi sexaginta sex.*

Cap. 31. Ex Paeniten. Bedae) *sic Iuo cap. 204. presbyteri, addit Burch. c. 24. ubi supra.*

in terra) *in terram, Bur. & Iuo. & postea.*

in fine. Pater noster) *addit, dicat, Burch. & Iuo.*

Cap. 32. Ex concilio Ilerdensi) *c. 3. addit Burch. li. 9. c. 4. & Iuo li. 6. ti. 1. c. 2. Panor. & par. 8. c. 142. decr. nihil addit Grat. 33. q. 4. c. 10. Ex decr. Hormisdae Papae, Tarrac. li. 1. cap. 238. Vide Salegunst. conc. c. 3. post Burchardi librum. Hoc caput non uidetur esse huius collectionis: ut neq. aliud huic proximum, quod apertius in titulis omittitur.*

VENERABILIS
BEDAE PRAESBYTERI
DE REMEDIIS PECCATORVM.

PRAEFATIO.

DE REMEDIIS peccatorum paucissima haec, quae sequuntur, ex priorum monimentis excerpsimus: in quibus tamen omnibus non auctoritate censoris, sed consilio potius compatientis usi sumus, sollerter admonentes doctum quemq. sacerdotem Christi; vt in vniuersis, quae hic adnotata reperit, sexum, aetatem, conditionem, statum, personam cuiusque paenitentiam agere volentis, ipsum quoq. cor paenitentis curiose discernat, & secundum haec, vt sibi visum fuerit, singula quaeq. iudicet. Quibusdam namq. a cibis abstinendo, nonnullis genua saepius flectendo, siue in cruce stando, aut aliud aliquid huiusmodi, quod ad purgationem peccatorum pertineat, faciendo; plurimis vniuersa haec agendo, sua necesse est errata corrigere; quae vniuersa in examine discreti debent pendere iudicis.

Excerptum de canonibus catholicorum Patrum, vel paenitentiae, ad remedium animarum, domini Agberti Archiepiscopi. C. I.

De fornicatione. II.
De occisione. III.
De immunda carne. IIII.
De capitalibus criminibus. V.
De minoribus peccatis. VI.
De cupiditate ceterisq. flagitijs. VII.
De clericorum paenitentia. VIII.
De iuramento. IX.
De abstinentia mulierum. X.
De augurijs, vel diuinationibus. XI.
De ebrietate. XII.
De eucharistia. XIII.
De diuersis causis. XIIII.
Item de pretio anni, vel diei. XV.

INstitutio illa sancta, quae fiebat in diebus patrum nostrorum, rectas vias numquam deseruit, qui instituerunt paenitenti-

bus, atq. lugentibus suas passiones ad vera medicamenta salutis: quia diuersitas culparum diuersitatem facit paenitentib medicamentorum, vel sicut medici corporum diuersa medicamina, vel potiones solent facere contra diuersitatem infirmitatũ, vel iudices saecularium causarum. diuersa igitur * iudicia, qui boni sunt, & recti, pensant, & tractant, quomodo recte iudicent inter miseros, & diuites, inter causam, & causam. Quanto magis igitur o sacerdotes Dei, diuersa medicamenta animarum inuisibilium hominib. pensare, & tractare oporteat; ne per stultum medicum vulnera animarum fiant peiora, Propheta dicente: Computruerunt, & deteriorauerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. O stulte medice, noli decipere animam tuam, & illius, ne duplicem poenam accipias, vel septupla, vel millena. Audi Christum dicentem, Si caecus caecum duxerit, ambo cadent in foueam. Si tu non cogitas iudicium meum, alter homo non audit, neq videt, qui me iudicet o non intelligis, quia Deus iudex iustus, & fortis videt, & audit, & in palam abscondita deducit, & reddit secundum opera: & item vere sunt nonnulli caecorum. canum similitudine * currentium ad cadauera mortuorum, vel coruorum volantium, qui ad sacerdotium vehuntur, qui non propter Dominum, sed plus propter honorem terrenum inhiantes caeci * diuina sapientia *. De talibus dixit Gregorius Nazianzenus: Timeo hoc, quod canes adsectantur officium pastorale, maxime cum in semetipsis nihil pastoralis praeparauerint disciplinae. Ezechiel namq. ait: Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, & non gregem; lac bibebant, & lanis eorum operiebantur, & quod crassum fuit manducabant, quod fractum fuit non alligabant, &c. Item Ezechiel ait: Vae sacerdotibus, qui comedunt populi mei peccata, hoc est, sibi eorum sumentes victimas, & non orantes pro eis; comedentes hostias, & non corripientes: qui vbi morituros homines audiunt, inde gaudentes & praeparant se ad praedam, quasi corui ad cadauera mortuorum. Nunc ergo, o fratres, qui voluerit sacerdotalem auctoritatem accipere, in primis cogitet propter Deum, & praeparet arma eius, ante quam manus Episcopi tangat caput, id est, psalterium, lectionarium, antiphonarium, missale, baptisterium, martyrologium, homilias in anni circulo ad praedicationem cum bonis operibus, & computum cum cyclo, hoc est ius sacerdotum. Postea autem suum paenitentialem, qui hoc ordine secun-

dum

dum auctoritatem canonum ordinatur, vt discretiones omnium causarum inuestiget. Primitus sine quibus rectum iudicium non potest stare, quia scriptum est: In nulla re appareas indiscretus, sed distingue quid, ubi, quamdiu, quando, qualiter debeas facere. Non omnibus ergo in vna, eademq. libra pensandum est, licet in uno constringantur vitio: sed discretio sit in vnoquoq eorum, hoc est, inter diuitem, & pauperem; liberum, seruum; infantem, puerum, iuuenem, adolescentem; aetate, senem; hebetem, gnarum; laicum, clericum; monachum, Episcopum; presbyterum, diaconum; subdiaconum, lectorem; in gradu, uel sine; in coniugio, vel sine; peregrinum, virginem, feminam, canonicam, vel sanctimonialem; debilem, infirmum, sanum. De qualitate pecudum, vel hominum; continens, vel incontinens; voluntate, vel in casu; in publico, vel in abscondito, quali compunctione emendat, necessitate, vel in voluntate, loca, & tempora collationum constituerunt sancti Apostoli: deinde sancti Patres, & sanctus Penutius: deinde canones sanctorum Patrum, deinde alij, atq. alij; vt Hieronymus, & Augustinus, & Gregorius, & Theodorus. Ex quorum omnium ista descripsimus dictis, & sententijs veraciter, vt salui sint omnes, & non pusillanimes, quia potentes potenter tormenta patiuntur. Item in Iesu filij Sirach: In iudicando esto misericors, pusillis vt pater, & pro viro matri illorum. Item sanctus Iacobus dixit: Iudicium sine misericordia erit illi, qui non facit misericordiam, superexaltat autem misericordia iudicium, vt idem ipse consequatur: vt sanctus Benedictus, hoc est, qui veram paenitentiam faciunt in ieiunio, & fletu, in eleemosynis, in orationibus & perpetrata iterum non faciunt; & si faciunt, tamen non perseuerant in eis. quia Deus dixit: Malum cogitasti, ignoui: malum dixisti, ignoui: malum fecisti, ignoui: perseueras in malo, non ignosco. Ergo si qui peseuerant in malo, non ignosce, sed iudica iudicium districtum secundum canones, vt alij timorem habeant.

De fornicatione. C. II.

ADolescens si cum virgine peccauerit, annum vnum paeniteat. Si semel, & fortuito, leuietur; & tamen vsq ad annum plenum. Si intra viginti annos puella adolescens, tres quadragesimas, & ferias legitimas. Si propter hoc peccatum seruitio

tio humano addicti sunt, quadraginta dies: si nitens tantum, & non coinquinatus, viginti dies paeniteat. Si vidua constuprata, annum totum, & dies ieiuniorum in altero: si vsq. ad generatum filij, annos duos integros, & duos alios leuius. Si & occiderint, annos tres, & alios quattuor leuius: Si monachus laicam, tres annos paeniteat: illa duos, & legitimas ferias. Si monacham laicus, duos annos paeniteat, & legitimas ferias: illa tres. Si vsq. ad generatum filium, annos quattuor: si & occiderint, septem annos paeniteant. Si quis vacans vxorem alterius polluit, duos annos paeniteat. Si vxoratus virginem, similiter, ita vt primo horum a sua contineat, si ei consenserit: alioquin addatur modus paenitentiae. Si vxoratus vxorem alterius, tres annos paeniteat. primo horum a propria consentiente abstineat. Si vxoratus ancillam suam, annum vnum paeniteat, & tres quadragesimas, & legitimas ferias tribus mensibus primis, & a sua se contineat. Illa, si inuita passa est, quadraginta dies paeniteat: si consentiens, tres quadragesimas, & legitimas ferias. Si adolescens sororem, septem annos paeniteat: si matrem, septem annos: & quamdiu vixerit, nunquam sine paenitentia. Si Sodomitae, annos septem: si in consuetudine, annos septem. vel si monachus, annos septem. si inter femora, tres quadragesimas. Si paruulus vi oppressus talia patitur, quadraginta dies paeniteat; vel psalmis, vel continentia castigetur. Mulier qualicumque molimine, aut seipsam, aut cum altera fornicans, annos tres. si sanctimonialis femina cum sanctimoniali per machinam, annos septem paeniteat. Qui cum pecude peccat, annum vnum. si monachus est, duos annos. Qui saepe fornicantur, laicus cum laica, tres annos paeniteant; & quanto saepius, aut negligentius, tanto magis & tempus addat, & modum. Qui diutius fornicationi, periurio, latrocinijs, ceterisq. flagitijs seruiuit; annos septem paeniteat. Si mater cum filio suo paruulo fornicationem imitatur, annos duos, & tres quadragesimas, cum legitimis ferijs Pueri se inuicem manibus inquinantes, dies quadraginta: maiores vero, centum. Pueri sese inter femora sordidantes, dies centum paeniteant: maiores, tres quadragesimas, ac legitimas ferias. Paruulus a maiore puero oppressus, septimanam: si consenserit, dies viginti. Qui complexu feminae illecebroso, vel osculo polluitur, dies triginta paeniteat. qui contactu eius inuerecundo ad carnem, tres menses paeniteat. Puer seipsum voluntate polluens, tri-

triginta dies paeniteat, iuuenis quadraginta. Qui in turpiloquio polluitur negligens, septem dies paeniteat. Qui impugnatione cogitationis, & naturae inquinatur nolens, per quattuor dies quinquagenos psalmos canat, & quarta, & sexta feria ieiunet ad nonam, vel ad vesperam. Qui in ecclesia consecrata nubunt, qui in ecclesia per somnium polluitur, tres dies paeniteat. Vxoratus contineat se quadraginta dies ante Pascha, vel Natale Domini, & omni die Dominico, & quarta, & sexta feria, a conceptione manifestata, vsq. post natam sobolem. Vir contineat se ab vxore tres menses. vxor post natam sobolem abstineat se ab ecclesia, si filius est, dies triginta; si filia, quadraginta, sed & in tempore menstrui sanguinis. nam qui tunc sumpserit, * triginta dies paeniteat, * qui septem dies. *Si quis cum vxore sua retro nupserit, quadraginta dies paeniteat, quia Sodomiticũ scelus est. Parens, cuius filius per negligentiam non baptizatus obijt, vnum annum paeniteat, & numquam sit sine aliqua paenitentia. Si sacerdos, ad quem pertinebat, vocatus venire neglexerit, ipse in damnationem animae iudicio Episcopi sui castigetur. Sed omnibus licet fidelibus, vbi forte morituros inuenerint non baptizatos, immo praeceptum est, animas eripere a diabolo per baptisma: id est, benedictam simpliciter aquam in nomine Domini, baptizare illos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, intinctos, aut superfusos aqua: vnde oportet, eos qui possunt fideles, monachos maxime, & scientiam habere baptizandi, & si longius alicubi exierint, eucharistiam semper secum habere.

De occisione. *C. III.*

QVI occiderit monachum, aut clericum, arma relinquat, & Deo seruiat, vel septem annos paeniteat. Qui laicum, odij meditatione, vel possidendae haereditatis eius, annos quattuor. Qui pro vindicta fratris, vnum annum, & in sequentibus duobus annis tres quadragesimas, ac legitimas ferias. Qui per iram subitam, & rixam, tres annos paeniteat. Qui casu, vnum annum. Qui in bello publico, dies quadraginta. Qui iubente domino suo seruus, dies quadraginta. Qui liber, iubente maiore suo innocentem, annum vnum; & sequentes duos, tres quadragesimas, & legitimas ferias. Qui super rixam ictu debilem, vel deformem hominem reddit, impensas in medicos, & maculae pretium, & opus eius donec sanetur, restituat, & dimidium annum.

annum integrum. Qui ad feriendum hominē surrexerit, volens eum occidere, duas septimanas paeniteat: si clericus fuit, septem menses. quod si & vulnerauerit, dies quadraginta. si clericus, annum totum. sed & pecuniam pro modo vulneris, licet lex non commendat, cui infixit, tribuat, ne laesus scandalizet. Mulier partum suum ante dies quadraginta sponte perdens, vnum annum paeniteat. si vero post quadraginta dies, tres annos paeniteat. si vero post quam natus fuit, quasi homicida. Sed distat multum, vtrum paupercula per difficultatem nutriendi, an fornicatio causa sceleris caelandi faciat. Qui periurat sciens, compulsus a domino suo, tres quadragesimas paeniteat, ac legitimas ferias. Qui sciens virtutem iuramenti, vel periurij, periurat in manu Episcopi, aut presbyteri, vel altari, vel cruce consecrata, tres annos paeniteat. si vero in cruce non consecrata, vnum annum paeniteat. Si autem in manu hominis, apud Graecos nihil est. Qui seducit nescium periurare, pernoxio, * qui & postea periurium suum cognouit, vnum annum paeniteat.

De immunda carne. C. IV.

QVI manducat carnem immundam, aut delaceratam a bestijs, quadraginta dies paeniteat. si necessitate famis cogente, multo leuius. Mus si ceciderit in liquorem, tollatur inde, & aspergatur liquor ille aqua benedicta: si vero mortuus sit, abijciatur totus liquor, nec ab hominibus sumatur, siue lac sit, siue ceruisia, vel aliquid huiusmodi. quod si mortuus sit; liquor ille in quo mus, vel mustela incidens moritur, purgetur, & aspergatur aqua sancta, & sumatur, si necessitas sit. Si auis stercorauerit in quemcunque liquorem, huiusmodi tollatur stercus, & mundetur cibus aqua benedicta, & sumatur. Qui sanguinem nescius cum saliua sorbet, non ei nocebit. Qui manducans proprio polluitur inscius, non ei nocet. Si autem scit, paenitentiam agat iuxta modum pollutionis.

De capitalibus criminibus. B. V.

NVnc igitur capitalia crimina secundum canones explicabo Prima superbia, inuidia, fornicatio, inanis gloria, ira longo tempore, tristitia saeculi, auaritia, ventris ingluuies. Augustinus adiecit sacrilegium, id est, sacrarum rerum furtum; & hoc est maximum furtum, vel idolatrijs seruientem; id est, auspicijs, &

reliqua

reliqua. Deinde adulterium, falsum testimonium, furtum, rapinam, ebrietas assidua, idololatria. molles, Sodomita, maledici, periuri. Ista sunt ergo capitalia crimina. Sanctus Paulus, & Augustinus, & alij Sancti computauerunt, pro istis fieri oportere eleemosynas largas, & longum tempus ieiunium teneatur. id est, vt alij iudicant, pro capitalibus, id est, adulteris, homicidis, periuris, fornicarijs, & similibus; laicus quatuor annos paeniteat, clericus quinque, subdiaconus sex, diaconus septem, presbyter decem, Episcopus duodecim, si consuetudo erat.

De minoribus peccatis. C. VI.

DE furto, falso testimonio, & similibus, laici annum vnum, clerici duos, subdiaconus tres, diaconus quattuor; presbyter quinque, Episcopus septem annos paeniteant. Item de Sodomitis, si consuetudo erat, Episcopus quattuordecim annos paeniteat, presbyter duodecim, diaconus decem, subdiaconi octo, clerici septem, laici quinque. Monachus si fornicationem facit cum ancilla Dei, quattuor annos paeniteat. si cum puella, sex annos paeniteat. De parricidis, vel fratricidis, quidam septem, quidam quattuordecim, * & septem.

De cupiditate, ceterisq. flagitijs. C. VII.

ITem cupidus, vel auarus, vel ebriosus, vel superbus, vel inuidus, vel rapax, vel iracundia longa, vel maledicus, vel hisstmilia, quae enumerare longum est; tres annos paeniteat. Item si clericus cum quadrupede fornicauerit, duos annos paeniteat; subdiaconus tres, diaconus quinque, presbyter septem. Episcopus decem annos paeniteat. Qui cum matre fornicauerit, quindecim annos peniteat. si cum filia, vel sorore, duodecim annos paeniteat. Qui cum fratre naturali fornicauerit per commixtionem carnis, ab omni carne se abstineat, quindecim annos paeniteat. Si clericus venationes exercuerit, annum vnum paeniteat. diaconus duos, presbyter tres. Si mater cum filio suo paruulo fornicauerit, tres annos abstineat se a carne, & diem vnum in hebdomade ad vesperam ieiunet. Si presbyter, vel diaconus, vel monachus vxorem duxerit in conscientia populi, deponatur. si adulterium perpetrauerit cum ea, & in conscientia populi deuenit, proijciatur extra ecclesiam, & inter laicos paeniteat, quamdiu vixerit. Qui dimiserit vxorem suam alteri coniugi, septem

annos paeniteat. Si clericus homicidium fecerit, & proximum suum occiderit, decem annos paeniteat; exul septem paeniteat, si odij meditatio fuit. Si laicus homicidium fecerit per furorem, & meditationem, quattuor annos paeniteat; vel quinque, vel septem annos paeniteat. si per rixam, quattuor annos paeniteat. Item, qui immolant daemonibus, in magnis, si consuetudo est, decem annos paeniteat; in minimis, annum vnum. augurijs, & diuinationibus, quinque annos paeniteant. Emissores tempestatum septem annos paeniteant. vt paenitentia semper isto ordine seruata sit ab vno anno, & deinceps de qualicumq. peccato. Id est, in unaquaq. hebdomade tres dies sine vino, & medone, & carne; & ieiunet vsq. ad vesperam, & manducet de sicco cibo; & tres quadragesimas semper de sicco cibo, & ieiunet tres dies ad nonam, & tres ad vesperam, & in diebus Dominicis, & in Natale Domini quattuor dies, & in Epiphania, & in Pascha, vsq. in albas; & Ascensione Domini, & Pentecoste, & sancti Michaelis, & S. Mariae, & S. Ioannis Baptistae, & duodecim Apostolorum, & S. Martini, & illius Sancti festiuitate, qui in illa prouincia est: in his praedictis diebus faciat caritatem, sicut sui compares, clerici, siue laici. Ebrietatem, & ventris distensionem in omnibus caueant. Faciant quod Apostolus dicit: Siue manducatis, siue bibatis, vel quidquid facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Tunc ergo digna paenitentia est, si hoc impleatur.

De clericorum paenitentia. C. IIX.

ITem in canone Apostolorum indicatur, vt Episcopus, presbyter, diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur; non tamen communione priuetur, quia non iudicat Deus bis in id ipsum. Si quis Pontifex fornicationem faciens naturalem, iudicauit, vt duodecim annos paeniteat; per multas lacrymas, & eleemosynas veniam a Domino petat: post annos tres, vel quattuor, leuius. Presbyter cum puella, non praelato monachi voto, annos tres, vel quattuor paeniteat, tres quadragesimas, & quartas, & sextas ferias semper de sicco cibo. Si cum ancilla Dei, aut cum masculo, plus addetur: id est, septem annos paeniteat, si consuetudo est. Similiter diaconi, si monachi non sunt, duos, vel tres annos paeniteant. Sic & monachus sine gradu, si cum puella, annos tres. si diaconus, vel monachi sunt, quinque, vel septem annos paeniteant. Monachi

nachi cum gradu septem annos paeniteant, si sine voto monachi cum puella, nouem annos, vel decem paeniteant. Clericus sine voto monachi fornicatus, vnum annum paeniteat, si frequenter, duos annos paeniteat. Si cum canonica, duos annos: frequenter, tres. Si genuerit filium, plus paeniteat: id est, quattuor, vel quinque annos, alij dicunt septem, exul fiat. Sic & virgo sanctimonialis cum laicis sine gradu. Si clerici, qui canonici sunt, vnum annum; frequenter, duos. in gradu autem, sicut monachus, id est, tres annos. Theodorus dixit: Monachus faciens fornicationem, & non inuenit, vnum annum paeniteat, & dimidium. Item monachus faciens cum puella, sex annos paeniteat. Si cum sanctimoniali, septem annos paeniteat. Laicus maculans se cum ancilla Dei, annos duos paeniteat. Si genuerit ex ea, tres annos paeniteat. Si sine coniugio sunt, tres quadragesimas. quidam quadraginta dies iudicant, id est consuetum. Item Sodomitae quidam decem, id est, qui saepe fecerit, vel in gradu: quidam septem annos: quidam annum, vt mollis, quidam centum dies, vt pueri. *viri inter annos,* si pueri, duos annos. Qui cum pecude peccauerit, vel iumento, decem annos paeniteat: quidam septem, quidam tres, quidam vnum, quidam centum dies, vt pueri. Oportebat discretionem esse inter qualitatem pecudum, vel hominum, sicut supra diximus. Item Episcopus si cum quadrupede fornicauerit, octo annos paeniteat. si consuetudo, decem. presbyter quinq. diaconus tres, clericus duos.

De iuramento. C. IX.

QVI iuramentum fecerit in ecclesia, aut in Euangelio, siue in reliquijs Sanctorum, septem annos paeniteat. alij duodecim annos iudicant. Siue in manu Episcopi, aut presbyteri, vel diaconi, siue in cruce consecrata, vnum annum paeniteat. alij tres, vel quattuor iudicant. Et in cruce non consecrata, vnum annum: vel septem menses, vt alij. Qui autem seductus ignorans, & postea cognoscit, vnum annum paeniteat: vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies paeniteat. Si quis coactus pro qualibet causa necessitatis, tres quadragesimas: alij annum vnum, & ex eis* in pane, & aqua, vt alii iudicant. Item periuri, tres annos. Qui suspicatur prius, quam ad iuramentum ducatur, & tamen iurat per consensum; duos annos paeniteat. Si quis in manu laici iurauerit, apud Graecos nihil est.

De abstinentia mulierum. C. X.

MVlier abstineat se a viro suo, quando conceperit, ante quam pepererit: & post partum quadraginta dies. Qui autem nupserit his diebus, decem dies paeniteat, vel triginta, vel viginti. Qui in matrimonio sunt, abstineant se tres quadragesimas, & in Dominica nocte, & in sabbato, & feria quarta, & tertia, quae legitimae sunt; & tres noctes abstineant se, ante quam communicent. Qui in quadragesima ante Pascha cognoscit vxorem suam, & noluit abstinere; vnum annum paeniteat, vel suum pretium reddat ad ecclesiam, vel pauperibus diuidat, vel viginti sex solidos reddat. Si per ebrietatem, vel aliqua causa accesserit sine consuetudine; quadraginta dies paeniteat. Mulier, si diuinationes fecerit, vel incantationes diabolicas; vnum annum paeniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies, iuxta qualitatem culpae. Mulier, si aliquem interfecerit imitantem maleficia sua; id est per poculum, aut per artem aliquam; quattuor annos paeniteat. Si paupercula, quattuor annos. Mulier, si occiderit filium suum, per homicidium, vndecim annos paeniteat. Si vir cum muliere sua retro nupserit, paeniteat quomodo cum animalibus: id est, si consuetudo erit, tres annos paeniteat. Si uero interea nupserit, & consuetudo erit, septem annos paeniteat.

De augurijs, uel diuinationibus. C. XI.

AVguria, uel sortes, quae dicuntur falso sanctorum, vel * diuinationibus obseruare *, uel quarumcumq. scripturarum inspectione futura promittunt, vel votum vouerint in arborem, uel in quamlibet rem, excepta ecclesia, si clericus * laici excommunicentur ab ecclesia, uel tres annos clericus paeniteat, laici duos, vel vnum, & dimidium. Mulier, si filium suum supra tectum ponit, vel in fornacem, pro sanitate febrium; quinque annos paeniteat. Nolite exercere, quando luna obscuratur, ut clamoribus, ac maleficijs sacrilego vsu, se defensare posse confidunt. Caragios, & diuinos praecantatores *, laici tres dies sine ceruisia, vel vino, & carne: alij duodecim dies. Si fidelis laicus sit, qui pro nequitia inebriat alterum; quadraginta dies paeniteat. Si uomitum facit infirmitatis causa, sine culpa est.

De

De ebrietate. C. XII.

SI per ebrietatem, vel voracitatem euomerit eucharistiam; quadraginta dies paeniteat, clericus, monachus, diaconus, sexaginta, presbyter septuaginta, Episcopus centum decem. Si infirmitatis causa, septem dies vnusquisq. sine infirmitatis causa sacrificij die quattuor dies. quidam psalterium *, quidam bis psalterium * suum sacrificij die in ignem proiecit, vel in flumine, centum psalmos cantet. Si canes comedunt talem vomitum, centum diebus: si scit: si non scit, quadraginta. Qui vero inebriantur contra praeceptum Domini, si uotum sanctitatis habent: hoc est ebrietas, quando statum mentis mutat, & linguae balbutiunt, & oculi turbantur, & vertigo erit, & uentris distensio, ac dolor sequitur: si clericus sit, quattuor dies paeniteat, monachus quattuordecim, diaconus quattuor hebdomades, presbyter quattuor, Episcopus quinq. Praelati tres, sine uino, & carne.

De eucharistia. C. XIII.

SI quis eucharistiam negligentiae causa perdiderit, vnum annum paeniteat. tres quadragesimas, seu quadraginta dies paeniteat. Si sacrificium in terram ceciderit causa negligentiae, quinquaginta psalmos cantet. Qui neglexerit sacrificium, vt vermes in eo sint, vt colorem non habeat, saporemq. uiginti dies paeniteat, uel triginta, vel quadraginta. & in igne accendetur; cinis eius sub altare abscondatur. si usque ad terram ceciderit, vnum diem paeniteat. * si stella arserit, * altare ceciderit, quattuor dies paeniteat. Qui in ecclesia modicam partem perdiderit, & non inuenerit; viginti dies paeniteat, vnoquoque die psalmos quadraginta cantet. Qui autem in plebem suum chrismalem perdiderit, & non inuenerit; quadraginta dies paeniteat, uel tres quadragesimas. Qui perfuderit calicem in fine solemnitatis, triginta dies paeniteat.

De diuersis caussis. C. XIV.

QVI creaturam * perdiderit, thus, tabulas, aut schedulam suam, sal benedictum, panem nouum consecratum, uel aliquid huic simile; quattuor dies paeniteat. Qui morticinium inscius comederit, quadraginta dies paeniteat. si autem sciens,

cens, centum dies paeniteat. Qui fraudatum comedit, & est inops, uel hebes; quattuor dies paeniteat. sani autem, & infirmi, si sciunt, quadraginta dies paeniteant. qui saepe faciunt, tres quadragesimas, uel annum. Qui comedit, vel bibit intinctum a familiari bestia, id est cane, uel catto, & scit; centum psalmos cantet, uel unum diem ieiunet. Si quis dederit alicui liquorem, in quo mus, vel mustela, mortua inueniuntur; si secularis, quattuor dies paeniteat, in coenobijs tercentos psalmos cantet. qui postea nouerit, quod talem potum biberit, psalterium cantet. Si quis semicoctum comederit inscius; tres dies paeniteat, uel psalterium cantet. sciens autem, quattuor dies paeniteat. pro modico furto triginta dies paeniteat in uiginti annis. Pueri decem annorum aliquod furtum facientes, quattuor dies paeniteant. Si quis intinxerit manum in aliquo cibo, & non idonea manu, centum palmatis emendetur. Si in farina, aut in aliquo cibo sicco, aut in pulte, aut lacte coagulato mus, vel mustela mortua inueniuntur, quod in circuitu eius remanserit, proijcietur foras; & quod reliquum est, manducetur. Item, qui autem quod in Paenitentiale scriptum est, implere poterit, bonum est: qui autem non potest, consilium damus per misericordiam Dei: in primis, pro uno die in pane, & aqua quinquaginta psalmos, genu flectendo: aut sine flexu, sexaginta psalmos, infra ecclesiam, uel in uno loco per ordinem psallat: & pro uno die valent ducentae genuflexiones, uel unus denarius pro die ualet, & tres eleemosynae tribus pauperibus * ualent: quidam dicunt quinquaginta percussiones, quinquaginta psalmi pro uno die ualent. Id est, in hieme, in autumno, & in uerno, centum percussiones, uel psalmos, & in aestate centum quinquaginta psalmos, uel percussiones. Item pro uno mense, quem in pane, & aqua paenitere debet, psalmos in genu flexu, uel sine flexu: id est, sexcentos octoginta, & postea omnes dies reficiant ad sextam, nisi quarta, & sexta feria ieiunet ad nonam. A carne, & uino abstineat se; alium cibum postquam psallat, sumat. In secundo anno remissior paenitentia erit, de Natale Domini vsque in Epiphaniam, & illos praedictos dies, qui supra scribuntur, qui in paenitentia non computantur. Item qui non potest sic agere paenitentiam, sicut superius diximus, in primo anno eroget in eleemosynam solidos uiginti tres. pro uno anno in pane, & aqua, donet in eleemosynam solidos viginti duos, & in unaquaque hebdomade unum diem ieiunet ad nonam, &

alium

alium ad uesperum, & tres quadragesimas; in secundo anno viginti solidos, pro tertio anno decem, & octo solidos: qui sunt sexaginta quattuor solidi. Potentes homines pro culpis criminalibus faciant, ut Zaccheus ait: Domine omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, & si aliquid iniusti abstuli, in quadruplum reddam. & de mancipijs dimittant liberos, & captiuos redimant; & a quo die desinant peccare, non desinant communicare, sicut Apostolus ait: Qui per corpus peccat, per corpus emendat. hoc est, ieiunijs, & uigilijs, & orationibus ad Dominum. Qui conuersus fuerit, & omne malum fecit, in effundendo sanguinem, in furto, in fornicatione, in mendacio, & iuramento, & omnibus malis; & postea Deo seruire uult usque in finem: tres, & duos annos paeniteat, uel quomodo sacerdos iudicet. Ipse tamen cogitet de medicamento animarum, quomodo suam, uel eorum animas saluare ualeat in erudiendo, in docendo sanum sermonem, quod qui bene ministrat, bonum gradum sibi adquirit apud eum, qui est super omnia, Deus bene dictus in saecula saeculorum. Amen.

Item de pretio anni, uel diei. C. XV.

PRimo anno quidam promiserunt quattuor triduanas, interueniente vna nocte. Alii aiunt duodecim triduanas: hoc est, semel in uno mense triduanas, quidam dixerunt. quidam verberibus, aut in uigilijs insistendo quatriduum. alij sic, alij uero sic; Pretium autem diei, hoc est, agapen, duobus, uel tribus pauperibus. Alij totum psalterium: id est, in aestate; in hieme uero, & in uerno, uel autumno quinquaginta psalmos. quidam duodecim plagas, uel percussiones, uel plus minus; uel discernat tempora. Quidam in labore alieno, uel in flectendo quadraginta bis desinat, quadraginta ter desinat, centum uiginti sexies desinat, & addentur decem, secundo viginti, superiori triginta, si labor non sit.

IN BEDAM PRAESBY-TERVM DE REMEDIIS PECCATORVM NOTAE.

IN PRAEFAT.

ſexum, aetatem &c.) *Haec inueni in fragmen. Caroli, vel potius apud Amilarium, ut in ueteri libro eſt. Conſideret etiam ſexum etc.*
a cibis abſtinendo) *alios eleemoſynas dando, addit Amil.*
ſiue in cruce ſtando) *Valde placet, quod hic dicitur, licet id alibi non legerim in hoc genere librorum, niſi apud Amilar. Affine eſt, quod ſaepe Chriſtus admonet, ut tollat unuſquiſq. crucem ſuam, & eum ſequatur. Mat. 10.g. Mar. 8.d. Luc. 9.c. & 14.f.*
ad purgationem &c.) *ad animae ſalutem pertinent, Amil.*
CAP. I. Excerptum de canonib. catholicorum Patrum, vel paenitentiae, ad remedium animarum domini Agberti Archiepiſcopi) *Ex ſcriptis Prophetae, (malo Prophetarum,) & Gregorij, Hieronymi, & Auguſtini, & de tribus Paenitentialib. collectum, Burchar. Vormac. lib. 19.c 8. Inſcriptio uero eius capitis eſt, Salubre antidotum animarum. In ueteri alio libro ſic eſt, De qualitate culparum, & de diſciplina, atque doctrina ſacerdotum, idem ſancti Apoſtoli, deinde alij, ut Hieron. Aug. Paphnutius, Gregorius, Theodorus.*
ad vera medicamenta ſalutis) *ac uitia, medicamento ſalutis aeternae ſuperare, Bur. & uia medicamenta ſalutis aeternae, uetus liber mendoſe.*
paenitentib. medicamentorum) *ſic etiam liber Bur. editus. ſed in ueteri eſt, paenitentiarum. in alio ueteri, diuerſum facit paenitentibus medicamentorum.*
Pag. 2. verſ. 3. diuerſa igitur iudicia) *diuerſa agunt iudicia, Burch. aptius.*
V. 6. o ſacerdotes) *uocem o, Bur. omittit.*
V. 7. oporteat) *oportet, Bur. & uetus ille liber.*
V. 8. ne per ſtultum) *propter, malo, quam per.*
Ibid. fiant peiora) *ſic etiam uetus liber. putreſcant, & peiora fiant, Bur.*

V. 9.

V.9. Propheta dicente) *Psal.37.b*

Ibid. Computruerunt, & deteriorauerunt cicatrices &c.) *Computruerunt cicatrices &c. Bur.computruerunt omnia ossa mea, vetus liber.*

V.11. ne duplicem poenam) *sic etiam Burch. ne duplices poenas, uet.liber.*

Vers.12. vel septupla, vel millena) *uel septuplam, uel millenam, Burch.uel septuplas, uel millenas, uetus liber.*

V.13. Si caecus &c.) *Mat.15.b.Luc.6.f.*

V.14. Si tu non cogitas) *Et si tu cogitas, Bur.aptius. In vet.libro haec non sunt usq. ad illa, item uere. sunt.*

V.17. deducit, & reddit) *deducet, & reddet, Bur.editus. deducet, & reddit, uetus B.liber.*

V.18. nonnulli caecorum, canum similitudine currentium) *nonnulli, caecorum canum similitudinem habentium currentium, Bur.nam nulli caecorum canum similitudinem currentium, uetus liber.habentes pro babentium scribo, cetera, ut Bur.*

V.20. vehuntur) *euehuntur, B.prouehuntur, uet.lib.*

Ibid. qui non) *non, Bur.& uetus liber.*

V.21. inhiantes caeci diuina sapientia) *sic etiam B.inhiantes caeci diuinae sapientiae, uetus liber.quod minus displicet.*

V.25. Ezechiel &c.) *haec omittit uetus liber usq. ad illa, qui uoluerit. Vide Ezech. 34.*

V.29. Item Ezechiel) *Quaerendus locus Ezech.uide Osee 4.*

V.32. gaudentes) *gaudent, Bur.*

E.3.v.2.qui voluerit sacerdotalem auctoritatem accipere) *qui uoluerit sacerdotis nomen habere, Bur.Si quis uoluerit, uetus liber, cetera, ut edita sunt. Idem Burch.li.2.c.2.& Iuo Carnot.li.3.tit.2.c.17.Panor.& parte 6.c.22.decreti, & Anfel. Lucen.li.7.ca.109.& liber Caesar.li. .c.108.& Tarracon.li.1.cap.244.& Gratian,dist.38.cap.5.ex dictis Augustini uerba quaedam referunt, quae magis uidentur huius collectionis esse. Quae ipsis sacerdotib.necessaria sunt ad discendum, id est, liber sacramentorum &c.*

Ver.4. & praeparet arma eius, antequam &c.) *sic etiam uetus liber.ut discat ea, quae ei necessaria sint, antequam &c.Bur.*

V.5. tangat caput) *caput eius tangat, Bur.tangat eius caput, uetus liber.*

Ibid. id est, psalterium, lectionarium) *cum euangelijs, addit Burchar. utriusq. ueteris, nouiq. uetus liber, in quo desideratur uox*

testamenti, & cetera omnia, quae sequuntur. Idem Burch. d.li.2. c.2.enumerat hos libros hoc ordine. liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, Canon paenitentialis, psalterium, homeliae, &c. In Panorm. desideratur uox antiphonarius, & in decr. Iuonis, & in libro Caos. Anselm. omnia ut Burchar. & Tarracon. & Grat. qui solus scribit, Canones paenitentiales. Lectionarij nomen adscriptum uidi cuidam libro, qui B.Hieronymi, Comes dicitur, in quo sunt initia lectionum Prophetar. & epistolarum, & euangelior. in singulis dominicis, & diebus festis, & Ieiuniorum dicendae in missis. Antiphonarius uero B. Gregorij habet introitus, & gradualia, & offertoria, & communiones totius anni. Liber sacramentorum triplex exstat, unus est B. Gregorij, alter Grimoldi Abbatis, tertius dicitur esse Alcuini. In his continentur orationes totius anni. De septem sacramentis pauca inuenies.

Ibid. antiphonarium, missale, baptisterium, martyrologium, homilias) *baptisterium, & computum cum cyclo cum commendationib. animae. martyrologium, homelias, Bur.d.c.8.*

V.6. homilias in anni circulo ad praedicationem cum bonis operibus) *homelias per circulum anni plebibus praedicandas, Burch.d. cap.8. homeliae per circulum anni Dominicis dieb. & singulis festiuitatibus aptae. Idem B.d.c.2. & Iuo, & alij. sed Iuo, & Grat. homiliae, alij homeliae habent.*

V.8. hoc est ius sacerdotum) *istud est simpliciorum, Bur. editus. illud est simplicium, uetus liber.*

Ver.9. Postea autem &c.) *Ante haec verba addit Burc. quia si unum supradictor. defuerit, sacerdotis nomen in eo non constabit. Item Burc.d.c.2. Ex quib. omnibus si unum defuerit, sacerdotis nomen uix in eo constabit. quia ualde periculosae sunt euangelicae minae: quib. dicitur: Si caecus caeco ducatum praestet, ambo in foueam cadunt. stabit pro constabit. vetus B. liber. Iuo, ut B. editus, & ceteri Pro voce Postea, Bur.d.c.8. scribit, Ad haec.*

ibid. qui hoc ordine &c.) *qui & secundum canonum auctoritatem & iuxta sententias trium Paenitentialium, Theodori Episcopi, & Romanor. Pontificum, & Bedae ordinetur. Sed in Paenitentiali Bedae plura inueniuntur utilia; plura autem inueniuntur ab alijs inserta, quae nec canonibus, nec aliis Paenitentialibus conueniunt. Sapiens autem medicus excipiat quaeque meliora. ut discretiones &c. Bur. haec fortasse omissa sunt, ne suspectus esset*

hic

hic libellus, in quo Beda Bedae faceret mentionem. Mihi quidem Burchardus certior est: & ex verbis elicio ordinem trium Paenitentialium, Theodori, Romani, & Bedae: ordinem autem temporum, non auctoritatis: nam si Romanum est Romanorum Pontificum, ut hic scriptum uidemus, id primas obtinebit. Sed ex fragmentis ex Romano sumptis magis uidetur aliquis Romanus in Gallia eum librum scripsisse. Id apparet ex missa S. Ioannis, & S. Martini, & S. Remigij, & ex uerborum sordibus, quibus utitur. quae aliena sunt ab urbe Romana.

V. 11. inuestiges: Primitus) *scribe, inuestiges primitus, & Bur. habet, inuestigare possit.*

V. 14. Non omnib. &c.) *Amilar. ubi supra.*

V. 16. vna quaque) *in unoquoq. scribo. inter unumquodq. Bur. unicuiq. Amil.*

adolescentem; aetate, senem) *& adolescentem aetate, & senem, uetus. Amil. liber. aetatem senem habentem. frag. Caro. non recte.*

V. 18. hebetem, gnarum) *sic uetus Bur. liber. hebetem ignarum, editus. quod non aeque placet. hebetem, & stultum; scientem, & ignarum, Amil. habentem & stultum, scientem & ignarum, frag. Caro.*

V. 21. in coniugio, vel sine; peregrinum, virginem, feminam) *coniugatum, uel sine coniugio; peregrinum, indigenam; uirginem, uiduam; Bur. aptius in gradu, in coniugio, uel sine coniugio; inter uirginem, & feminam; inter canonicam, & sanctimonialem, Amil.*

V. 22. vel sanctimonialem) *monacham, Bur.*

Ibid. debilem, infirmum, sanum) *inter debiles, & infirmos, inter sanos, & peregrinos, Amil.*

V. 13. De qualitate pecudum, vel hominum) *fornicantem cum animalibus, uel cum hominib. contra naturam, Burch. de qualitate etiam pecorum, uel hominum, Amil.*

V. 25. continens, vel incontinens) *continentem, uel incontinentem, Bur. inter continentem, uel incontinentem; Amil.*

Ibid. voluntate, vel in casu) *dele in. uoluntate, necessitate, uel casu, B. edit. in ueteri post uocem necessitate locus est litteris sex: utrum uoluntate, uel casu, Amil.*

V. 25. in publico) *seu in publico peccantem, Burch. omittit omnia. Amil.*

Ibi. quali compunctione emendat) *emendet. Amil. emendae, fragil*

non recte, & quali compunctione haec omnia emendet, Bur.

V. 26. necessitate, vel in voluntate, loca, & tempora collationum &c.) *inuoluntate, cribo pro iine uoluntate, quae sequuntur, mendosa sunt, sed uidetur significare: Loca, & tempora paenitentiae constituerant sancti & c. necessitate, uel uoluntate loca, & tempora discernat. Attendat etiam sacerdos, ut salui sint omnes &c. Amil. Burch. habet, ut & loca, & tempora paenitendi discernat. Haec omnia de canonib. & de sanctor. Patrum sententijs, de Hieronymo, de Augustino, Gregorio, Theodoro, Beda, & de Paenitentiali Romano uera collegimus, ut nulli necesse sit perire, scientib. & intelligentib. animarum medicis haec temperanda committimus. In Iesu filio Sirach &c.*

V. 28. sanctus Penufius) *Paphnutius, scribo, ut supra in inscriptione huius capitis ex ueteri libro. Apud B. li. 17. c. 48. scriptum est, Ex dictis Pophnutij aeremitae pro Paphnutii eremitae. id melius scriptum est apud Iuon. par. 9. c. 99. decreti. Vide uitas Patrum, & Cassianum. Est etiam celebre Paphnutii Episcopi nomen, qui interfuit in concilio Nicaeno.*

V. 30. & Theodorus) *omittit Bedae nomen, ut prius fecit.*

V. 32. potentes potenter &c.) *Sap. 6. a.*

Pag. 4. v. 1. patiuntur) *sustinebunt; Amil. patientur, fragm.*

Ibid. Iesu filij Sirach) *Ecclesiastici 4. b.*

V. 2. pusillis) *pupillis, Eccl. & Bur. pusillis, Amil.*

Ibid. & pro viro matri illorum) *sic Eccl. omittit B. illor. matri Amil.*

V. 3. sanctus Iacobus) *Iaco. 2. c.*

V. 5. vt idem ipse consequatur) *Haec neq. Iaco. neq. Bur. habent. un de consequitur, Amil. ut idem consequatur, fragm.*

Ibid. vt sanctus Benedictus &c.) *Et sanctus Augustinus dicit de illis, qui ueram &c. Bur. ut ait S. Bened. Qui ueram &c. Vox ait, non est in fragm.*

V. 7. in ieiunio) *agant in ieiunio, Amil.*

& perpetrata) *& uel perpetrata, Bur.*

V. 8. non faciunt; & si faciunt) *non faciant: & si fecerint, Bur. edit. non committant, & si fecerint, uetus lib. non faciant, & si faciunt, Amil. & si faciant fragm.*

Ibi. non perseuerant) *non perseuerent, uetus B. liber. non perseuerunt, edit. non recte. non perseuerent, Ami.*

V. 10. perseueras) *perseuerare, Bur. & Amil.*

V. 11.

V.11 ignosco) *ignoscam*, *Amil.*
V.12. ignosce) *ignoscet*, *Amil.*
Ibid. iudicium districtum) *iudicium*, *Amil.iustum iudicium*, *frag.*
Ibid. canones, vt alij) *canones*, & *iuxta instituta maiorum*, *ut ceteri*, *Bur.*
CAP. 11. de fornicatione) *Vide Paenit.Rom.tit.3.*
Adolescens si cum virginem &c.) *De stupro uirginis uide d.tit.3.c 20.& Bur.li.19.pag.268.*
P.4.v.25. Si monacham &c.) *uide d.c.20.& Bur.d.p.268.*
V.28. Si quis vacans &c.) *uide d.tit.3.c.3.& 20.*
P.5.v.1. Si vxoratus vxorem &c.) *uide d.c.20.& Burchar. lib.19. pag.268.*
V 7 Si adolescens sororem &c.) *uide d.tit.3.c.8.et c.14. etc. 20.*
V.11. Si paruulus &c.) *uide d.tit.3.c.23. in fine*, & *Burchar. li. 17.cap 56.*
V.13. Mulier qualicumq. &c.) *Ex Paenitentiali Theodori*, *ut dictum est d.tit.3 c.15 refert Bur.li.17.c.27.et Iuo par.9.c.85. decr. qui scribunt*, *quocumq. pro qualicumq. Viden.Bur.li.19.p.277.*
V.14. aut se ipsam) *aut in se ipsa*, *d.c.15.& Bur.& Iuo.aut in se ipsam*, *fort.*
Ibi. annos tres) *duos annos*, *d.c.15.& Iuo*, & *uetus B.liber.tres annos*, *editus.quinq. Bur.d.li.19.*
Ibid. si sanctimonialis &c.) *ex eod.Paeniten.ut refert Burch. d.B. 17.c.28.& Iuo d.par.9 c.86.*
V.15. per machinam) *per aliquod machinamentum*, *Bur.& Iuo.*
V.17. Qui saepe &c.) *uide d.tit.3.c.1.& 20.*
V.21. Si mater &c.) *Viden.Burch.d.li.19.p.277.& infra c.7.*
V.23. Pueri se &c) *uide d.tit.3.c.23.et Bur.li.17.c.56. ex Paenit. Romano.*
V.28. Qui complexu &c.) *uide d.tit.3.c.21.et c.27. ex Paenit.Bedae*, *et Romano.*
P.6.v.4 Qui in ecclesia consecrata nubunt) *non de legitimis nuptiis intelligas*, *sed de turpi coitu.*
V.6. Vxoratus contineat &c) *uide d.tit.3.c.20. et tit.7.c.8. et 9. et infra c.10.*
V.12. nam qui tunc sumpserit) *malo*, *nupserit*, *ex Burchard. lib. 19.pag.269.Iunxisti te uxori tuae menstruo tempore ; si fecisti*, *decem dies in pane*, *et aqua paeniteas. Mulier tua si intrauerit ecclesiam ante mundum sanguinem post partum*, *tot dies paeniteat*,

quot

quot ecclesia carere debuerat. Si autem concubuisti cum ea his die bus.uiginti dies, in pane, & aqua paeniteas. Ex his uerbis poterunt Bedae uerba, quae sequuntur, emendari. Sed certiora sunt, quae B.Gregorius ad Augustinum de eisd. reb. scribit.

V.14. Si quis cum vxore &c.) *uide d.tit.3.c.20. & Bur.d.p.269. & infra c.10.*

V.15. Parens, cuius &c.) *uide Paen.Rom.tit.1.c.31.& Ansel. li. 11.c.41.& 42.ex Paenit.Rom.Vide Burch.d.li.19.p.277.*

V.18. Si sacerdos &c.) *uiden.Bur.li.4.c.46.47.& 49.& Iuo.pan. 1.c.240.& 241.& 243.decr.& Theodul.Episcopus ad presbyteros Aurel.c.17.& Ansel.li.9.c.54.& Tarrac.li.1.c.2.& 3.& Grat.de consecr.dist.4.c.22.quicumq.*

V.22. id est benedictam simpliciter aquam in nomine Domini) *haec interpretatio non placet, cum necessitate urgente liceat omnib.in quacumq. aqua naturali baptizare.*

V.27. eucharistiam semper secum habere) *fortasse chrisma pro eucharistiam scriben.ex Burch.d.li.4.c.73.& Iuone par.1.c.267.& Grat.de consecr.d.4 c.125.nullus. Est in concil. Arausic.c.1.*

CAP.III. de occisione) *Vide in Paenit.Rom.tit.1.*

Qui occiderit monachum, aut clericum &c.) *uide cap.1. & 2.& 34.eiusd.tituli 1.*

P.7.v.1. Qui pro vindicta &c.) *uide c.10.d.tit.1.ex Paenit.Theodori.*

V.4. Qui in bello &c.) *uid.Bur.li.6.c.23.Iuo li.10.c.152.decr.& Paen.Rom.tit.1.c.20.*

V.5. Qui iubente domino &c.) *uide Burch.d.li.6.c.17. & li.19. p.264.& Iuo.ut i supra c.146.& Ansel.li.11.c.55.*

V.8. Qui super rixam &c.) *uide c.23.d.tit.1.& tit.4.c.19.& 20. & tit.7.c.28.& 29.& Bur.p.266.d.li.19.& li.e.c.101. et 102. ex Penit.Rom.& Bedae.*

V.16. licet lex non commendat) *hoc est, iubeat, ex plebeio sermone Italorum, qui commandare pro iubere dicunt, ut alii mandare. Vide Exodi 21.& Bern.Papien.c.1.de iniuriis in 1.collect. & Greg.9.c.1 eius.tit.& Capitul li.6.c.10.& Iuon.par.16.cap. 348.decr.*

V.17. ne laesus scandalizet) *scandalizetur, malo.*

Ibid. Mulier partum &c.) *uide d.tit.1.c.26.27.& 28.et Burc. li. 17.c.51.52.53.et 54.et li.19.p.277.*

V.21. Sed distat &c.) *Burc.d.p.277.et uide d.c.26.d.tit.1.*

Ibid.

Ibid. per difficultatem) *pro difficultate, Bur.*

V.23. Qui periurat &c.) *Paenit. Rom. tit. 2. c. 1. ex Paenit. Theodori, Anfel. li. 11. c. 58.*

V.24. Qui sciens &c.) *Ex Paenit. Theodori, Burch. li 12 c. 5. Iuo par. 12. c. 62. decr. Anfel. li. 11. c. 59. Pius Papa, Grat. 22. q. 5. c. 2. Vide infra c. 9.*

V.28. Si autem in manu hominis, apud Graecos nihil est) *idem repetit c. 9. sed neq. Burch. neq. alii hoc scribunt. et falsum est Graecos contemnere periuria, uide Phot. tit. 13. c. 18. et postea, et eius interpr. Theod. Balsam. Graecos fortasse appellat paganos, ut Apostolus Paulus.*

V.29. Qui seducit nescium periurare periurio) *Qui autem seductus ignorans, infra c. 9. Qui autem seductus fuerit, et ignorans se peierauerit, Burch. se periurauerit, Iuo. se periurauit, Anf. qui coactus pro seductus scribit, et Grat. qui se peierauerit, habet. Ex his arbitror scriben. Qui seductus nescius periurare, pelerat.*

V.30. qui & postea) *deleo uocem qui.*

CAP. IV. de immunda carne.

Qui manducat &c.) *uiden. Burch. li. 19. p. 275. et edi. c. 84. 85. 86. 87. et 88. et postea. et Iuo par. 15. c. 96. 97. 98. 99. et 100. et postea decr. ex Paenit. Bedae, et Theodori. uide infra cap. 14. Viden. etiam Humbertus Siluae Candidae Episcopus Cardin. Leonis 9. Legatus contra Graecos.*

Mus si ceciderit &c.) *uide infra c. 14.*

Qui sanguinem &c.) *De sanguine, et suffocato praeter illud Act. 15. exstat Apost. c. 63. et Trullianum c. 67. Leo Nou. 58. item de occiso a feris, uel morticino. idem c. 63. Vide etiam Hum. ubi supra, Bur. d. li. 19. p. 275. et 278. et d. c. 85. et aliis. et c. 90. et 91. Certius est, quod ex August. refert Nicol. ad consulta Bulgar. c. 90.*

CAP. V. de capitalib. criminibus) *uide Paeniten. Roman. tit. 9. c. 16. Burch. li. 19. c. 6. ex Paeniten. Theodori, et fragmen. Caroli, siue Amilar.*

Prima superbia, inuidia &c.) *alio ordine Burchar. et Amil. et Paenit. Rom. superbiam, uanam gloriam, inuidiam etc. et apud Cassian. li. 5. cap. 1. gastrimargia, fornicatio, philargyria, etc. acenodexia, superbia. Theodul. c. 31. ad presb. Aurelia. gastrimargia, hoc est, uentris ingluuies. II. fornicatio. III. accidia, siue tristitia. IV. auaritia. V. uana gloria. VI. inuidia. VII. ira. VIII. superbia. Nostri septem litteris septem peccata com-*

comprehendunt. S. A. L. I. G. I. A. uanam, siue inanem gloriam cum superbia coniungunt.

fornicatio, inanis gloria, ira longo tempore) *illi post inuidiam ponunt iram, & octauam luxuriam. de ira longo tempore, Amil.*

tristitia saeculi, auaritia, ventris ingluuies) *tristitiam, auaritiam, uentris ingluuiem, B. & Paenit. Nostri tristitiam uocant accidiam, siue* ἀκηδίαν. *de qua Suid.* ἀκηδία ἡ ῥαθυμία. ἀχθηδὼν λύπη. Δαβὶδ· καὶ ἠκηδίασεν ἐπ᾽ ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου. *Locus est Psalm. 142. Et anxiatus est super me spiritus meus. De tristitia saeculi, quae mortem operatur, Paulus 2. Tim. 7. sed Graece* λύπη *dicitur. Apud Amilar. post alia inuenio. Acediosus ab acedia dicitur, qui anxietatem, siue taedium cordis patitur, qui & inconstans, & uagus dicitur, ab aliquibus inter octo uitia reputatur. Apud Cassian. post philargyriam est ira, tristitia, acedia, quod est anxietas, siue taedium cordis. Vide Psal. 118.* ἐνύσταξεν ἡ ψυχή μου ἀπ᾽ ἀκηδίας. *Dormitauit anima mea prae taedio. De gula uero pro uentris ingluuie credimus nostros fuisse plebeiam uocem Italorum secutos. Illi enim golam uocant id genus uitii.*

Augustinus adiecit sacrilegium &c.) *Haec neque B. habet, neque Paen. item quae sequuntur ab eisd. omissa sunt. Amilar. ait: sacrilegium Aug. inter septem uitia refert. sed octo pro septem scribe, ex ueteri libro.*

P. 8. v. 23. vel idololatrijs seruientem) *esse pro uel, scribo. quae postea in idolorum cultum cedunt. Amil. non sine mendo.*

Ibid. id est auspicijs, & reliqua) *uel auspicijs, uel reliquis, muto.*

V. 25. molles, Sodomita) *scribo, molles, Sodomitae.*

CAP. VI. de minoribus peccatis.

Monachus &c.) *uiden. Burch. li. 8. c. 29. & 68. & li. 17. c. 39. uide infra c. 8.*

De parricidis &c.) *uiden. Burch. li. 6. c. 34. & 35. & lib. 19. p. 265. & Paen. Rom. tit. 1. c. 22.*

CAP. VII. de cupiditate, ceterisq. flagitijs.

vel iracundia longa) *uel in iracundia longa positus, scribi debuit.*

vel his similia quae) *uel his similes, quos, scribo: aut addo faciens.*

P. 9. v. 20. Item si clericus &c.) *Haec scribi debuerunt c. 2. de eisd. agitur c. 8. Perturbatur ordo, quia ex diuersis scriptoribus uariis temporib. haec, ut existimo, sumpta sunt.*

Ibi. fornicauerit) *sic saepe pro fornicatus fuerit. sic B. August. feneraueritpro feneratus fuerit: ut populus intelligat.*

V.23. Qui cum matre &c.) *Vide Paen.Rom.tit.3.c.20. & Bur.d. li.19.p.273.*

V.27. Si clericus venationes &c.) *uiden.Bur.li.2.c. 213. Iuo li.3. tit.15.c.1.Panor.& par.6.c.288.& par.15.c.30.decr.& Grat.siue Palea dist.34.c.2.& Bern.Papien.c.1.de clerico uenat.& Grego.9.c.1.eo.tit.ex concil.Agathen.c.55.& Epaun.c.3.*

V.28. Si mater &c.) *uide supra c.2.*

P.10.v.2. Si presbyter &c.) *uiden.Apost.c.26.Neocaes.c.1.Mart. Brac.c.27.Paris.sub Lud.& Lotha.c.35.Burch.li.2.c.108.Iuo li. 3.tit.8.c.8.& par.6.c.185.decr.& infra c.8.& Paen. Rom.tit.3. c.23.& Burch.li.17.c.56.*

V.6. Qui dimiserit &c.) *uiden.Paen.Rom.d.tit.3.c.20. & Burc. li.19.p.268.*

V.7. Si clericus homicidium &c.) *haec scribi debuerunt c.3. Viden.Burch.li.6.c.47.Iuo par.10.c.174.decr.ex conc.Tribur.c.11. quod exstat.*

Ver.13. Qui immolant &c.) *uide infra c.11.Haec sunt ex Paenit. Theodori, ut refert Burch.li.10.c.12.& Iuo par.11.c.30.decr.*

V.16. Emissores tempestatum &c.) *uide Paenit.Rom.tit.6.c.3.*

Ver.17. vt paenitentia semper isto ordine seruata sit) *Haec ad modum paenitentiae pertinent, qua de re agitur in Paenit. Rom.c.23. tit.9.& apud Bur.li.19.c.9.& Iuon.par.15.c.189.decret. Scribo igitur haec alio in capite. Vt paenitentia semper isto ordine seruanda sit &c.*

V 19. tres dies sine vino, & medone) *qui sint hi tres dies, dicitur d.23.c.feriam secundam, quartam, & sextam. sed illic dicitur, ut his trib.dieb.in pane, & aqua ieiunet; & alijs trib. a uino, & medone abstineat.sed cap.24.sextis tantum ferijs in secundo anno ita ieiunat, secundis, & quartis ad uesperam reficitur sicco cibo, ut hoc capite. Quem siccum cibum appellet, illic explanatur: panem, legumina, poma, & olera. Hoc est, quod dicitur in concil.Laodice.c.50.* ποιεῖν ξηροφαγίας. *ai idiorib.uti est apud Gra. de consecr.dist.3.c.8.non oportet.Mart.Brac.c.50. sincere abstinentes, scripsit; Dionysius districto uenerari ieiunio.Martini uerba refert Grat.d.dist.3.c.7 non liceat.*

V.28 faciat caritatem) *id est, utatur eodem cibo, & potu, quo illi, Bur.& Iuo, & Paen.Rom.*

V.30. Apostolus dicit) *1.Corin.10.g.*

CAP. IIX. de clericorum paenitentia.

Item in canone &c. *Ex*) *Paenit. Theodori, Bur. li. 17. c. 39. Vide Paenit Rom. tit. 8. c. 6. Ansel. li. 8. c. ult. Grat. dist. 82. c. ult.*

Apostolorum) *cap. 25.*

indicatur) *iudicatur, Bur.*

vt Episcopus, presbyter &c.) *Dionysij Exigui uerba interpretis d. c. 25. in Corp. canon. Refert Burch. lib. 2. c. 189. Iuo par. 6. c. 234. decreti, Ansel. 11. c. 30. & Grat. dist. 81. c. 12. Viden. Triburien. c. 11. & Raban. c. 1. Paeniten.*

Pag. 11. v. 5. quia non iudicat Deus &c.) *sic Burch. d. cap. 39. Dicit enim Scriptura: Non iudicabit Dominus &c. idem d. c. 189 & Iuo, & Ansel. si paruerit sententiae. dicit enim Scriptura: Non iudicat Deus &c. Grat. Vide Naum ca. 1. Dicit enim Scriptura; Non uindicabit Dominus &c. Diony.* οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν-θλίψει. *LXX. Non consurget duplex tribulatio, Vulgaris editio.*

V. 6. faciens naturalem, indicauit) *fecerit naturalem. synodus iudicauit. uetus B. liber. indicauit, editus. synodus Hibernicn. fortasse, de qua dictum est d. tit. 8. c. 6.*

V. 7. duodecim annos) *decem annos, Bur.*

V. 8. post annos tres &c.) *haec omisit Bur.*

V. 9. Presbyter cum puella &c.) *Presbyter non praelato monachi uoto, cum puella, uel meretrice peccans, B.*

V. 10. annos tres, vel quattuor) *annos duos, uetus B. liber. tres, editus.*

Ibid. tres quadragesimas &c.) *& in tribus quadragesimis secundam, & quartam, & sextam feriam, & in sabbato, Bur.*

V. 11. sicco cibo) *paeniteat, addit Bur.*

V. 12. plus addetur) *ieiunium, addit B.*

V. 13. septem annos) *sic etiam Burch. editus. quinque annos, uetus liber.*

V. 14. vel tres) *omittit Bur.*

V. 15. si cum puella, annos tres) *haec omisit Burc.*

V. 16. si diaconus, vel monachi sunt) *scribe, si diaconi monachi sunt, ut Bur.*

Ibid. quinque, vel septem) *septem, Bur. alijs omissis.*

V. 18. si sine voto &c.) *Apud Bur. hoc loco de Episcopo iterum dicitur. Item Episcopus, si sine uoto monachi cum puella, uel meretrice peccauerit, decem annos paeniteat. Clericus &c.*

V. 19. Clericus sine) *Clericus cum tali puella sine, B.*

V. 20. vnum annum) *sic Bur. editus. dimidium annum, uetus liber.*

V. 21.

V.21. duos annos paeniteat) *sic etiam Burch. editus. unum annum uetus liber.*

Ibid. duos annos frequenter tres) *duos annos: si frequenter, tres annos, Bur. editus. similiter. si frequenter, duos annos, uetus.*

V.22. plus paeniteat &c.) *tres annos, alij dicunt sex, uet. B. lib. quattuor annos, alij dicunt septem, edit.*

V.23. exul fiat. Sic & virgo &c.) *Haec omittit Burch. usq. ad illa; Theodorus dixit.*

V.27. Monachus faciens &c.) *Monachus fornicationem faciens, septem annos paeniteat. Item fornicationem quaerens, & non inueniens, uetus Bur. liber. In edito pro illis, Item fornicat. est, Item Beda dixit. Monachus fornic. quaerens &c. Operae pretium est addere uerba c.4. Neocaes. conc. Si quis mulierem concupiscens, propositum fuerit cum ea concumbere, & cogitatio eius non peruenial ad effectum: apparet, quod gratia Dei liberatus sit. Vide Paen. Ro. ti.3. c.25.*

Ver.28. unum annum paeniteat, & dimidium) *annum, & dimidium paeniteat, uetus B. liber. annum dimidium paenit. editus non recte.*

Ibid. Item monachus &c.) *Item Romanus Paenitentialis dicit: Monachus fornicationem faciens cum meretrice, uel puella, tres, si cum moniali &c. Bur. uetus. sanctimoniali, editus.*

V.30. Laicus maculans &c.) *Addit plura Bur. Item laicus maculans uxorem proximi sui, ut adulterium paeniteat. Si cum uirgine peccauerit, uterq. paeniteat annum unum. Si cum ancilla Dei etc. Bur. uetus. laicus priuatus, est in edito.*

V.31. annos duos) *sic etiam uetus B. liber. quattuor annos, editus.*

P.12. v.1. tres annos) *quinque annos, Burch. uetus. septem annos, editus.*

Ibid. si sine coniugio &c.) *Haec omittit Bur.*

V.3. id est, qui saepe &c.) *qui in consuetudine habet, amplius pelli debet. Si autem in gradu sunt, degradentur, & sicut laici paenit. Burc.*

V.6. viri inter annos &c.) *Vir, qui inter femora fornicatus fuerit, unum; si iterauerit, duos annos paeniteat. Si autem in terga fornicatus fuerit, tres annos; si pueri, duos annos, Bur.*

V.7. quidam septem &c.) *haec omittit Bur.*

V.9. Oportebat) *Oportet enim, Bur.*

V.10. sicut supra diximus) *cap.1.*

V.11. octo annos) *decem annos, Bur.*

V.12. si consuetudo, decem) *& gradum amittat, B.*

Cap. 12. de iuramento) *uide supra c.3. in fine, et in Paen. Ro. tit.2.*

Qui iuramentum &c.) *uide d.c.3.*

Si quis coactus &c.) *uiden.Burch.li.12.c.6.ex Paenit.Romano,& d.tit.2.c.2.*

alij annum vnum, (& ex eis in pane, & aqua, vt alij iudicant) *Mendosa sunt haec. alii iudicant tres annos, Unum ex his in pane, & aqua paeniteas.d.tit.2.c.3.& Bur.& alii illic relati.*

Si quis in manu &c.) *De his uerbis diximus d.c.3.*

CAP. X. de abstinentia mulierum) *uide Paenit.Roma.tit.3.c.20. & tit.7.c.9.& supra c.2.*

Qui autem nupserit) *coierit significat, ut alibi.*

vel suum pretium reddat) *hoc est, anni pretium, de quo dictum est in Paenit.Rom.tit.9.c.27.*

vel viginti sex solidos) *d.c.27. sunt uiginti duo.*

Mulier si diuinationes &c.) *Burch.li.10.c.8. ex Paenit. Romano, & Iuo par.11.c.36.decr.Paenit.Rom.tit.6.c.2.*

Mulier si aliquem interfecerit imitantem maleficia sua) *uocem imitantem, mendosam esse arbitramur.irridentem scriberem, si cetera cohaererent.*

Mulier si occiderit &c.) *uiden Burch.li.19.c.156.& Iuo par.15.c.164.decr.Vide Paen.Rom.ti.1.c.26.*

Si vir &c.) *uide Paen.Rom.tit.3.c.20.& supra c.2.& Ans.li.11.c.119.eius inscriptio est: Statuta Patrum.*

interea nupserit) *in terga nupserit, ex Ansel.cuius uerba sunt, Statuta Patrum. Si quis cum muliere sua retro nupserit, quadraginta dies paeniteat.Si autem in terga, paeniteat situt de animalib.*

CAP. XI. de augurijs, vel diuinationib.

Anguria, vel sortes &c.) *Ex Paeniten.Romano,B.li.10.c.9.& Iuo par.11.c.37.decr.& Ans.li.11.c.121.*

vel diuinationib. obseruare) *uel diuinationes, qui eas obseruauerint, Bur.aptius.Iuo uocem eas omittit.*

inspectione futura promittunt) *omisit haec B.& Iuo.*

votum vouerint in arborem) *uotum nouerint; uel persoluerint ad arborem, uel ad lapidem, uel ad quamlibet,Bur.plenius,& Iuo.*

si clericus laici &c.) *omnes excommunicentur. Si ad paenitentiam uenerint; clerici annos tres, Bur.aptius, & Iuo.*

laici duos, vel vnum) *laici annum unum, Bur.& Iuo.*

P.14.v.2.Mulier si filium &c.) *Ex Paenit.Bedae presbyteri,Burch.c.14.Iuo c.41.ubi supra.Viden.Burch.d.li.19.p.272.*

V.3.quinq. annos) *unum annum, Bur.& Iuo.*

V.4.

V.4. Nolite exercere) *Quicumq. exercuerint hoc*, *B.d.li.* 10.*c*.35. *& Iuo d.par.* 11.*c*.58.*ex concil. Arelaten.c.*5.*haec pro hoc, Iuo.*

V.5. se defensare posse confidunt) *se posse defendere credant, Bur. char. credunt, Iuo.*

V.6. Cariagios, & diuinos praecantatores) *& quicumq. diuinos praecantatores, phylacteria etiam diabolica, uel characteres diabolicos, uel herbas, uel succos suis, uel sibi impendere temptauerint, Bur. & Iuo. In ueteri libro inueni haec uerba. Admoneo uos pariter, ut nullus ex uobis cariagios, & diuinos; & sortilegos requirat. Et in concil. Narbonen. non edito cap.* 14 *Si qui uiri, ac mulieres diuinatores, quos dicunt esse cariagios, atq. sorticularios in cuiuscumq. domo fuerint inuenti &c. Cara autem, non caria scriptum est in his trib. libris, quod Hispani sine praefatione honoris dicere non possumus. Eadem uox inueniebatur apud Augustin. in sermo. de tempore* 163. *&* 215. *&* 241. *ut apparet ex Iuone parte* 1.*c*.134. *& par.* 11.*c*.17.*decr. & libro Caesar. li.* 12.*cap*.44.

Ibid. laici tres dies &c.) *monachus quinq. clericus quattuor, laicus duos annos paeniteat, Bur. & Iuo.*

V.8. Si fidelis &c.) *Ex Paeniten. Bedae presbyteri. Burch. li.* 14.*ca.* 15. *& Iuo par.* 13.*c*.83.*decr.*

CAP. XII. de ebrietate) *uide Paenit. Roman. tit.* 5.

Si per ebrietatem &c.) *Ex Paeniten. Bedae, Burch. li.* 5.*c*.46. *&* 49. *Iuo li.* 1.*tit*.4.*c*.32.*Panor. & par.* 2.*c*.55.*decr. Caesaraug. li.* 11.*c.* 13. *& Grat. de consecr. dist.* 2.*c*.28. *si quis.*

Episcopus centum decem) *Episcopi X C. Bur. et alii, quod malo. est enim errati facilis occasio in his litteris C X. et X C. ut in X L. pro L X. in hoc ipso capite, apud Burch. et Iuon. in Panor. et Caesar. utrumq. omissum est in decr. Iuonis, et apud Grat.*

quidam bis psalterium suum sacrificij &c.) *Haec mendosa sunt. Apud Bur. d.li.* 5.*c*.49. *Si sacrificium in ignem proiicit. et Iuon. par.* 2.*c*.58.*decr. ex Paenit. Roma. Theodoro adscribit noster liber Paenit. Rom. d. tit.* 5.*c*.8. *scribo: quidam bis psalterium. Si suum sacrificium etc.*

P.14.v.24. si clericus &c.) *uiden. Burch. li.* 14.*c*.13. *et Iuo par.* 13.*c.* 81.*decr. ex Paenit. Rom. et uide c.* 5.*d. tit.* 5.

CAP. XIII. de eucharistia.

Si quis eucharistiam &c.) *uide Paeniten. Rom. tit.* 5. *cap.* 10. *et* 11. *et* 12.

P.15.

P.15.v.5. & in igne accendetur) *in eo uermis comburatur*, *d.c.11. & Burch.li.5.c.51.*

V.7. si stella arserit, altare ceciderit) *uerba mendosa. fortasse, si stillauerit.& in altare ceciderit.Vide d.tit.5.c.10.*

V.10. Qui autem in plebem &c.) *malo, in plebe. sic autem appellant Itali ecclesiam cum cura, siue parochiam.*

V.12. Qui perfuderit calicem) *sic etiam d.c.11. Perfundens aliquid super altare de calice. & postea. perfundens calicem, dum solemnitas Missae celebratur.Vide d.c.10.*

CAP. XIV. de diuersis causis.

Qui creaturam perdiderit) *craterem forte pro creaturam scribendum.*

Qui morticinum &c.) *uide supra cap.4.*

Qui fraudatum comedit) *Fraudatum interpretor furto, aut fraude quaesitum. Vide Tobiae c.2.b.*

V.24. Qui comedit &c.) *Ex Paenit.Romano, B.li.19.c.106.& Iuo par.15.c.118.decr.Vide supra c.4.*

Ver.25. cane, vel catto) *sic uulgus uocat felem, aelurum Graeci, & Aegyptij.*

V.26. vel vnum diem ieiunet) *aliquid ante haec uerba desidero; nam Burchar.ta scribit. Si nescit, duos dies ieiunet, uel si redimere uoluerit, L. psalmos cantet.Item Iuo.*

Ver.28. si saecularis, quattuor dies) *si laicus est, septem dies, Burchar.& Iuo.*

V.30. psalterium cantet) *C L. psalmos cantet,Bur.& Iuo.*

P.16 v.1. quattuor dies) *septem dies, Bur.& Iuo.*

V.2. triginta) *uiginti, Bur.& Iuo.*

Ibid. in viginti annis) *qui est xx. annorum, B.& Iuo.*

V.3. quattuor dies) *septem dies, Bur.& Iuo.*

V.4 in aliquo cibo) *liquido, addunt Bur.& Iuo.*

V.9. Item qui autem &c.) *Ex eod.Paen.Rom.Burc.d.li. 19.c.11. & Iuo d.par.15.c.191.*

V.12. pro vno die &c.) *Ex eod.Bur.c.12.& Iuo c.192.ubi supra, & Paen.Rom.tit.9.c.25.*

V.13. genu flectendo) *genibus flexis in ecclesia, Burch. & Iuo, & Paenit.*

Ibid. aut sine flexu sexaginta psalmos) *haec Burch.omittit, & Iuo, & Paen.*

V.14. per ordinem psallat) *eadem faciat, & unum pauperem pascat;*

stat; & eo die, excepto uino, carne, & sagimine. sumat quidquid uelit, Bur. & Iuo, & Paen.

V. 15. ducentae genuflexiones) *Qui in ecclesia genua centies flexerit, Burch. c. 14. ex eod. Paen. & Iuo c. 194. ubi supra, & Paen. Rom. d. tit. 9. c. 26.*

Ibid. vel vnus denarius) *si pauper est, si diues, tres denarij, Burch. c. 15. ex eod. Paen. & Iuo c. 195. ubi supra, & Paen. Rom. d. c. 26.*

V. 16. & tres eleemosynae trib. pauperib. valent) *& tres eleemosynas tres pauperes ualent, editus Bedae liber mendose. sed fortasse sic tunc loquebantur. Apud Bur. scriptum est c. 16. & Iuon. cap. 196. ubi supra ex eod. Paen. Rom. Pro uno die, quem in pane, & aqua paenitere debet, tres pauperes pascat, & eo die, excepto uino, carne, & sagimine, sumat quod placeat. Vide infra c. 15.*

V. 17. quidam dicunt quinquaginta percussiones &c.) *Apud Bur. c. 17. ex eod. Paen. & Iuon. c. 197. ubi supra. Quidam dicunt xx. palmatas ualere pro uno die.*

V. 18. Id est in hieme &c.) *uide infra c. 15.*

V. 21. Item pro vno mense &c.) *Ex eod. Paen. Rom. Burch. c. 19. & Iuo c. 199. ubi supra.*

V. 22. psalmos in genuflexo &c.) *psalmos mille ducentos genib. flexis decantet. Si autem hoc facere non potest: sine genuflexione sedendo, aut stando in ecclesia, si fieri potest; sin autem, in uno loco M D C L X X X. psalmos decantet, Bur. & Iuo.*

V. 24. A carne, & vino) *& a carne, & a sagimine, & a uino totum mensem, Bur. & Iuo.*

V. 26. In secundo anno &c.) *haec non habent Bur. & Iuo.*

V. 29. Item qui non potest &c.) *Bur. d. li. 19. c. 23. ex Paenit. Theodori. & Iuo d. par. 15. c. 203. & Paenit. Rom. tit. 9. c. 30.*

Vers. 31. donec in eleemosynam solidos viginti duos) *haec superuacanea uidentur, & ea omittunt Bur. et alij. sed ex alio loco sumpta sunt, ut apparet ex Burch. c. 20. et Iuone c. 200. et Paenit. cap. 27. ubi supra.*

V. 32. & in vnaquaq. &c.) *haec non inuenio apud B. ubi supra. sed d. c. 20. dicitur: Et omnes sextas ferias ieiunet in pane, et aqua. idem Iuo d. c. 200.*

P. 17. v. 2. in secundo &c.) *haec habet Burc. d. c. 23. et ceteri.*

V. 4. Potentes homines pro culpis &c.) *Potentes autem homines plus dare debent: quia cui plus committitur, plus ab eo exigetur. Burch. et Iuo.*

V. 5.

V.5. Zacchaeus ait) *Luc.19.b.*

V.7. in quadruplum reddam) *reddo, Luc.*

V.10. Apostolus ait) *Quaerendus locus, uid.2.Cor.5.*

V.15. tres, & duos) *duos, uel tres, malo.*

CAP. XV. Item de pretio anni, & diei) *Hoc uidetur fragmentum esse, et pars superioris capitis, sed ualde mendose editum est.*

Primo anno quidam promiserunt) *Pro uno anno quidam permiserunt, scribo. Viden. Burch. d.li.19.c.25. et Iuo d. par.15.c.205. ex Paenit. Romano.*

quattuor triduanas interueniente vna nocte) *haec ita interpretor: ut XII. dies abstineat cibo, sed tertia quaq. nocte cibum sumat.*

duodecim triduanas: hoc est, semel in vno mense triduanas) *Cum XII. sint menses, si semel singulis mensibus inedia triduo vtatur, fiunt XII. triduanae, sed interpollatae. Apud Burch. & Iuonem est. Duodecim triduanae singulae cum psalteriis trib. impletis, & cum palmatis trecentis per singula psalteria, excusant vnius anni paenitentiam.*

quatriduum) *triduum, malo.*

Pretium autem diei, hoc est, agapen, duob. vel trib. pauperibus) *Pretium autem diei, hoc est, agape, duobus, vel trib. pauperibus, scribo. Viden. Burc. cap.12. & 16. & Iuo c.192. & 196. vbi supra, & Paen. Rom. tit.o.c.25. et supra c.14. Agape autem significatur conuiuium, aut caritas, siue dilectio. vnde Agapetus dilectus, uel vnicus filius apud Pollucem. quo verbo Christus uocatur a Patre Matth.3. Mar.1. et Luc.3. De agape Christianorum, uide concil. Gangren. c.11. et Laodic.27. et 28.*

quinquaginta psalmos) *Idem Bur. d.c.12 et Iuo d.c.192. et Paenit. Rom. d.c.25. indistincte. Caetera alijs intacta relinquimus: quae sine ueteribus libris emendari nequeunt.*

RABANI MAVRI MOGVNTINENSIS ARCHIEPISCOPI PAENITENTIVM LIBER.

PRAEFATIO.

Domino in domino dominorum dilectissimo, Othgario Archiepiscopo, Rabanus peccator, in Christo optat salutem.



VAMDIV vos, sancte Pater, sperabamus ad nos venturos, citius fore aduentum vestrum optabamus. Sed quia postquam abiistis a nobis, & maestos nos de abscessu vestro reliquistis, orandum nobis esse censebamus, vt Diuina maiestas incolumes vos seruans, concedat nobis, iterum vos sanos videre; quia sanitas vestra sospitas est nostra. Si autem aliquid vobis aduersi contigerit, tristes nos, ac conturbatos sine dubio efficiet. De cetero quoque quia quando hic praesentialiter fuistis, placuit sanctitati vestrae, cum paruitate nostra aliquid tractare, atque conferre, de diuersis transgressionibus, in quibus fragilitas humana diuina praecepta transgreditur, quomodo per paenitentiam restaurari possint, atq. Deo reconciliari hi, qui in diuersis sceleribus praeuaricantur legem Dei. Ideo quae iussistis mihi, vt de canonibus, & sanctorum Patrum sententijs breuiter excerperem, atq. in vnum colligerem, quae a magistris Ecclesiae huiusmodi personis ad emendationem vitiorum promulgata sunt; feci quod mandastis, & in vno libello ea descripsi, quo haberetis in promptu ante oculos ad legendum, quod mihi necesse erat ex diuersis libris in vnum congregare, vt noster labor vestrae voluntati aliquo modo satisfaceret. Et ne for-

te necessarium vobis foret, in diuersis voluminibus id quaerere, quod vos iam constat in breui exquisitum habere, huic quoq. libello subiunxi alterum, quem nuper de consanguineorum nuptijs, & de magorum praestigijs, falsisq. diuinationibus confeceram; vt haberetis eos simul, quos ordo rationis concordes fecit. Legite ergo opusculum, quod vobis directum est: & si quid in eo minus recte positum videatur, vestro sacro studio, ad utilitatem legentium corrigatur. Bene valete, & in sacris orationibus vestris mei peccatoris memoriam habetote in nomine Domini.

CAPITVM ELENCHVS.

De his, qui post sacram ordinationem capitalia crimina committunt, & eorum paenitentia, seu excommunicatione. CAP. I.
De incestis coniunctionib. II.
De his qui adulterium committunt. III.
De his, qui moechantur. IV.
De his, qui sacris virginibus se sociant, & de virginibus velatis, si moechatae fuerint. V.
De his, qui irrationabiliter fornicantur. VI.
De coniugatis, si quis eorum ductus fuerit in captiuitatem. VII.
Quod aliud sit vxor, aliud concubina; & quod non sit coniugij duplicatio, quando ancilla reiecta, vxor assumitur. IIX.
De eo, qui vxorem capti fortitus est in matrimonium. IX.
De illo; qui concubinam super vxorem habet. X.
De parricidio, & his, qui partus suos necant. XI.
De homicidijs voluntarie commissis. XII.
De homicidijs, & falsis testibus. XIII.
De his, qui seruos suos extra iudicem necant, & domina, quae per zelum ancillam occiderit. XIV.
De homicidijs non sponte commissis; & illis, qui se excusant, quasi insontes ab homicidio in proelio commisso iussu Principum. XV.
De administratorib. & his, qui preces criminales dictat. XVI.
De populi necessario commissu. XVII.
De furto. XIIX.
De coniuratione, vel conspiratione. XIX.
De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacē redeant. XX.
De his, qui noxia iuramenta conficiunt, quomodo paenitere oporteat. XXI.
De his, qui ad ecclesiae patrocinium confugiunt, ne tradantur persequentib. se sine foe-

dere

dere pacti. XXII.
De his, qui diuinationes expetunt, & incantationibus, siue augurijs deseruiunt. XXIII.
Quod non liceat Christianis, seruare traditiones Gentiliũ, nec vllis obseruationibus festis eorũ communicare. XXIV.
Quod non sit cum Paganis conuiuandum. XXV.
De Christianis, qui cũ Iudaeis vescuntur; & quod Iudaeis nõ liceat habere Christianas vxores, vel concubinas, seu mancipiũ Christianũ. XXVI.
Quod non congruat Christianis, comessationib. interesse, nec histriones fieri, nec saltare in nuptijs, neque in conuiuijs. XXVII.
Vt ad mẽsam Episcopi scripturae diuinae legantur: & quod sacris ordinib. deditos viros non conueniat, ebrietatem sectari. XXIIX.
De continentia, & castitate clericorum. XXIX.
Quod non debeãt sacerdotes, quaslibet in Ecclesiae familijs truncationes facere: nec aliquid, quod morte plectendum sit, iudicare. XXX.
De clericis, qui in mutuam caedem prorumpunt. XXXI.
De auaritia, & cupiditate: & quod non sit vsura exigenda. XXXII.
De apostatis. XXXIII.
De professione monachi. XXXIV.
De paenitentiae temperamento, & quando reconciliandi sunt ipsi paenitentes. XXXV.
De his, qui in paenitentia positi vita excesserunt. XXXVI.
De his, qui paenitentiam violantes spernunt; & rursus praeuaricantur. XXXVII.
Quod nulli sit vltima paenitentia deneganda. XXXIIX.
Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam a multis licitis abstinere; & quod non oporteat eum, tempore paenitentiae lucra negotiationis exercere. XXXIX.
Quod ad militiam saecularem post paenitentiam rediri non debeat. XL.

De his, qui post sacram ordinationem capitalia crimina committunt, & eorum paenitentia, seu excommunicatione. CAP. I.



N primis ergo visum est, vobis conscribi de his, qui sacros ordines habent, & ante, vel post ordinationem, contaminatos in capitalibus criminib. se esse profitentur; in quibus, vt mihi videtur, haec distantia debet esse; vt hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus, secundum sacrorum canonum instituta, a gradu proprio

deponantur: quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere, quas vltra modum vitiosas constat esse. nempe inde detrahunt homines sacrificio Dei, & rebelles hinc, atq. contrarij existentes, eorum prauis exemplis cotidie peiores fiunt; sicut quondam filijs Heli peccantibus fecisse leguntur. Qui autem de praedictis viris per occultam confessionem male a se absconse commissa, coram oculis Dei; praesente etiam sacerdote, qui eis indicturus est paenitentiam, confitentur, & semetipsos grauiter deliquisse accusant; si veraciter paenituerint, & se per ieiunia, & eleemosynas, vigilias, atque sacras orationes cum lacrymis purgare certauerint, his etiam gradu seruato, spes veniae de misericordia Dei promittenda est; qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire; neque vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.

Nam de illis, qui ad honorem presbyterij sine examinatione prouecti sunt, in Nicaeno concilio cap. VIII. aliter scriptum est: Si quis presbyteri sine examine sunt prouecti, vel cum discuterentur peccata sua, confessi sunt, & homines contra canones commoti, manus confessis imponere tentauerunt, tales regula non admittit: quia quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia.

Item in Neocaesariensi concilio cap. IX. de hoc ita definitum est: Presbyter, si praeoccupatus corporali peccato prouehatur, & confessus fuerit de se, quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officijs propter studium bonum. Nam peccata reliqua pleriq. dixerunt, per manus impositionem posse dimitti. Quod si de se non fuerit ipse confessus, & argui manifeste non quiuerit; potestatis suae iudicio relinquatur.

Item in eodem concilio cap. X. Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerij subtrahatur.

De illis quoq. qui post acceptum gradum peccauerint, in Apostolorum canone ita legitur: Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione priuetur. Dicit enim Scriptura: Non vindicabit Dominus bis in id ipsum.

Nahū. 1. Item in eodem concilio cap. XXVIII. Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit adtrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur. Accusationem autem aduersus

sacri

ſacri ordinis viros facile non recipiendam, ſed prius cauſam diligenter examinandam, & poſtea iudicium inferendum, Apoſtolus docet ſcribens ad Timotheum: Accuſationem, inquit, aduerſus presbyterum non recipias, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. Peccantes autem coram omnibus argue, ut ceteri metum habeant. Quales autem ipſi teſtes eſſe debeant, in Africano concilio cap. xcvi. manifeſtatur, ubi ita ſcriptum eſt: Placuit, vt omnes ſerui, vel proprij liberti ad accuſationem non admittantur; vel omnes, quot ad accuſanda publica crimina leges publicae non admittunt. Omnes etiam infamiae maculis aſperſi, id eſt, histriones, ac turpitudinibus ſubiectae perſonae. Haeretici etiam, ſiue Pagani, ſeu Iudaei: ſed tamen omnib. quibus accuſatio denegatur in cauſis proprijs, accuſandi licentia deneganda eſt.

Item in eodem concilio cap. xcviii. Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti praecepti ſunt; vel etiam quos ipſe accuſator de ſua domo produxerit. Ad teſtimonium autem intra annos xiiii. aetatis ſuae non admittatur.

Item in eodem concilio cap. xcvii. Placuit, ut quotieſcumq. clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, ut unum ex ipſis, de quo prius egerit, probare non ualuerit, ad cetera non admittatur.

De his autem, quorum occulta peccata ſunt, nec manifeſte ab aliquo argui poſſunt, ſi ſalubriter compuncti pro peccatis ſuis, confeſsionem Epiſcopo, ſiue presbytero occulte faciunt, bonum mihi videtur, vt ſecundum id, quod ſibi decretum fuerit ab Epiſcopo, ſiue presbytero, paenitentiam agant, non trepide, nec tarde, ſed feruenter, & ſollicite: ac ſic ſe ueniam peccatorum a Domino percepturos, & gradum ſe recuperaturos confidant. Quod etiam beatus Gregorius Papa in epiſtola, quam ad Secundinum ſeruum Dei incluſum ſcripſit, ita probat dicens: Nam tua ſanctitas inde a nobis requiſiuit, ut tibi reſcriberem de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi, dum dicis de hoc canone, diuerſas te legiſſe, diuiſasq. ſententias, alias reſurgendi, alias nequaquam poſſe. Nam nos generaliter a Nicaena incipientes, hanc cum reliquis quattuor ueneramur, quae ipſam ſequentes, ceterae in cunctis ſententijs vnanimes concordant. Nos ergo praecedentes nos Patres ſequimur: quia auctore Deo, a ſacra doctrina illorum non diſcordamus. A capite itaq. incipientes, vſq. in quattuor

altaria.

altaris ministrum hanc formam seruandam cognoscimus; vt quem minorem maior praecedit, sicut honore est maior, ita sit in crimine: & quem maior sequitur culpa, maior ei implicetur uindicta: & sic postea paenitentia credatur esse fructuosa. Quid enim prodest, triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam enim satisfactionem, credimus posse redire ad honorem, Propheta dicente: Numquid qui cadit, non adijciet ut resurgat: & qui auersus est, non reuertetur? Idem peccatori ait: In quacumq. die conuersus ingemueris, tunc saluus eris. unde & Psalmista ait: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Dum enim petijt, ne a Deo proijceretur pro lapsi culpa; alienam quippe Rex, & Propheta rapuisse se vxorem tremefactus expauit; Propheta indicante flagitium suum, paenitentiam agens addidit: Redde mihi laetitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim ipse dignam Deo paenitentiam non fecisset, nequaquam alijs praedicaret. ait enim: Doceam iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Dum enim peccata sua prospexit, Propheta mundata per paenitentiam, non dubitauit predicando castigare aliena; & sic sacrificium de semetipso Deo offerre studuit, cum dicebat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Ad haec ista sufficerent: sed omnis sententia quo plus sacrae scripturae testimoniis confirmatur, facilius creditur. de hoc enim Propheta dicit: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. de hoc peccantibus dicitur: Peccator in quacumq die conuersus ingemuerit, omnes iniquitates eius in obliuionem traduntur. Si enim Redemptor noster, qui peccatores non perdere, sed iustificare uenit, in obliuione peccantium delicta dereliquit, quis hominum condemnanda reseruet, cum Apostolus dicat: Si Deus iustificat, quis est qui condemnet? Ad fontem etiam misericordiae recurrentes, Euangelicam proferamus sententiam: Gaudebo, inquit, super vno peccatore paenitentiam agente, plus quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent paenitentia: & quem perditam nonagesimam nonam *, non errantibus relictis, humero ad ouile reportauit. Si ouis errans post inuentionem humero ad ouile reportatur, cur ista post paenam ad Ecclesiae ministerium non reuocetur? Quid est ergo grauius, carnale delictum admittere, sine quo non multi, sed

Marginal notes: Psal. 40. — Ezech. 3. 18. — Psal. 50. — Ibidem. — Ezec. 18. — Luc. 15.

ti, sed pauci inueniuntur? aut Dei filium timendo negare? in quo peccato ipsum beatum principem Apostolorum Petrum, ad cuius nunc corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus: sed post negationem paenitentia secuta est; & post paenitentiam misericordia data: quia illum ab apostolatu non deiecit, qui ante se ipsum negare praedixit. Tibi haec fili carissime dicta sufficiant; vt illum, quem conspicis delicta fletu delere, in conspectu Diuinitatis non dubites misericordiam consequi: quia nullum peccantem reuersum despicit, qui peccatores sanguine suo redimere venit. Hinc etiam & beatus Augustinus ad Petrum diaconum de Fide scribens, ait: Omni homini in hac vita esse potest vtilis paenitentia; quam quocumq. tempore homo egerit, quamlibet iniquus, quamlibet annosus, si toto corde renuntiauerit peccatis praeteritis, & pro eis in conspectu Dei non solum corporis, sed etiam cordis lacrymas fuderit, & malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit, omnium peccatorum indulgentiam mox habebit. Hoc enim nobis Dominus Prophetico promittit eloquio, dicens: Si conuersus ingemueris, saluus eris. Et alio loco dicitur: Fili, peccasti; ne adijcias iterum: sed & de praeteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Numquam peccanti esset indicta pro peccatis deprecatio, si peccanti non esset remisio concedenda. Sed etiam paenitentia peccatori tunc prodest, si eam in ecclesia catholica gerat; cui Deus in persona beati Petri, ligandi, soluendiq. tribuit potestatem, dicens: Quae alligaueris super terram, erunt ligata & in caelis; & quae solueris super terram, erunt soluta & in caelis. In quacumq. igitur homo aetate veram peccatorum suorum paenitentiam egerit, & vitam suam Deo illuminante correxerit, non priuabitur indulgentiae munere; quia Deus sic per Prophetam dicit: Nolo mortem morientis, tantum ut reuertatur a uia sua mala, & uiuat anima eius. Verumtamen nullus hominum debet sub spe misericordiae Dei, in suis diutius remanere peccatis; cum etiam in ipso corpore nemo uelit sub spe futurae salutis diutius aegrotare. Tales enim, qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt, & sibi a Deo indulgentiam repromittunt, nonnumquam ita praeueniuntur repentino Dei furore, ut nec conuersionis tempus, nec beneficium remissionis inueniant. Ideo unumquemq. uestrum sancta Scriptura benigne praemonet dicens: Ne tardaueris conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim ueniet ira eius, & in tempore

[Margin notes: Isai. 30. (faint) — Eccl. 21. — Matt. 18. — Ezec. 18. — Eccl. 5. (faint)]

Psal. 94. re uindictae disperdet te. Dicit etiam beatus Dauid: Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Cuiquoque beatus Paulus concordat his verbis: Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum, incredulitas discedendi a Deo uiuo; sed adhortemini uos metipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Obdurato igitur corde uiuit, siue qui non conuertitur, desperans de indulgentia peccatorum; siue qui sic misericordiam Dei sperat, ut usq. in finem uitae praesentis in suorum criminum peruersitate remaneat. Proinde diligentes misericordiam Dei, metuentesq. iustitiam, nec de remissione peccatorum desperemus; nec remaneamus in peccatis: scientes, quia illa, omnium hominũ debita sit exactura aequitas iustissimi iudicis, quae non dimiserit misericordia clementissimi Redemptoris. Sicut enim misericordia suscipit, absoluitq. conuersos: ita iustitia repellet, & puniet obduratos. Hi sunt qui peccantes in Spiritum sanctum, neq. in hoc saeculo, neque in futuro remissionem accipient peccatorum.

Hebr. 3.

Isidorus. Nam de hoc Isidorus Hispalensis Episcopus, ad inquisitionem Massionis Episcopi, ita rescripsit dicens: Verum quod sequenter in epistolis uenerabilis fraternitas tua innotuit, nulla est in huiusmodi sententijs decretorum diuersitas intelligenda, quod alibi legitur; in lapsu corporali restaurandum honoris gradum post paenitentiam, alibi post huiusmodi delictum, nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Haec enim diuersitas hoc modo distinguitur: Illos enim ad pristinos officij gradus redire canon praecepit, quos paenitentiae praecessit satisfactio, vel digna peccatorum confessio. At contra, hi, qui neq. a uitio corruptionis emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum quod admittunt, etiam vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur; nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis accipiunt. Ergo ita est vtraq. dirimenda sententia, vt necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per paenitentiam reconciliationem meruerunt diuinae pietatis. Hi nec immerito consequuntur adeptae dignitatis statum, qui per emendationem paenitentiae recepisse noscuntur vitae remedium. Id enim, ne forte magis ambiguum sit, diuinae auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel enim Propheta sub typo praeuaricatricis Hierusalem, ostendit, post paenitentiae satisfactionem, pristinum restaurari posse honorem. Confundere, inquit, o Iuda, & porta ignominiam tuam.

Ezec. 16.

Et post

Et post paululū: Et tu, inquit, & filiae tuae reuertimini ab iniquitate vestra. Quando dixit, confundere, ostendit, post confessiones id esse peccati opus, debere quemquam erubescere, & pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostratam demergere: pro eo, quod dignum confusionis perpetrauerat opus. Deinde praecepit, vt portet ignominiam depositionis suae, lugēs cum humilitate quod peccauerat. Sic quoq; reuocari secundum Prophetam ad priorem statum poterit. Item Ioannes Euangelista Angelo Ephesi ecclesiae, inter caetera simile quiddam scripsit: Memor esto, inquit, vnde cecideris, & age paenitentiam, & prima opera fac, alioquin veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius. In Angelo ecclesiae, praepositum vtique, id est sacerdotem ostendit, iuxta Malachiam, qui dicit: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius, quia Angelus Domini est. Praepositus ergo lapsus in vitium, per Euangelistam monetur, vt memor sit vnde ceciderit, & paenitentiam agat, & prima faciat opera, vt non moueatur candelabrum eius. Nam candelabrum Angeli, doctrina est sacerdotalis: vel honor potestatis, quam gestat, intelligitur, iuxta quod scriptum est apud Samuelem in damnationem Heli: Oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei, ante quam extingueretur. Lucerna quippe Dei fuerat, quando dignitate sacerdotali pollens, iustitiae claritate fulgebat. quam extinctam Propheta asseruit, dū ob scelera filiorum, sacerdotis potestatem, meritorumque lumen amisit. Candelabrum ergo, siue lucerna sacerdotis, quae intelliguntur charismata honoris, tunc, iuxta Ioannem, extinguitur, vel mouetur, quando post delicti casum, neglecta paenitentia, admissa scelera non deflentur. Non enim dixit, pro eo, quod cecidisti, commouebo candelabrum tuum; sed, nisi paenitentiam egeris, mouebo candelabrum tuum. Ergo quemquam praepositum peccantem, si praeuenerit paenitentia, delicti vtique sequitur & venia Et in Prouerbijs scriptum est: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Nam & ipsum quod canonum censura post septem annos remeare paenitentem in statum pristinum praecepit; non hoc electione proprij arbitrij sancti Patres, sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerunt. Nam legitur, quod Maria soror Aaron Prophetissa, dum ob detractiones aduersus Moysen incurrisset delictum, illico stigmate leprae perfusa

Apoc. 2. Malac. 2. 1. Reg. 3. Pro. 28. Num. 12

 fusa

fusa est. Cumq. peteret Moyses, vt emundaretur, praecepit eam Dominus extra castra septem diebus egredi, & post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur sacerdotis; quae dum superbiae debita sordidissimis cogitationum contagiis maculatur, extra castra septem diebus, hoc est, extra collegium sanctae Ecclesiae septem annis proijciatur; vbi post emundationem vitiorum, loci, vel pristinae dignitatis recipiet meritum. Ecce in quantum valuimus, concilij antiquam plane, & plenam auctoritate sententiam, sacris testimonijs explanaui, ostendens, eum posse restaurari proprio honore, qui per paenitentiae satisfactionem nouit propria delicta deflere: eum vero non posse restaurari, qui nec luget quae egit, & luenda sine vllo pudore religionis, vel timore iudicij diuini committit. In fine autem epistolae hoc adijciendum putaui, vt quotiescumq. in gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius magis teneatur sententia, cuius antiquior, & potior extitit auctoritas.

In concilio igitur Ilerdensi cap. v. de his, qui altario seruiunt, si subito carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente digne paenituerint; ita vt mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneant in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiori tempore ab Ecclesiae corpore segregare, ita tamen, vt sic officiorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. Quod si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non percipiant.

Item in concilio Carthaginensi cap. XXVII. scriptum est, quod presbyteri, & diaconi in grauiori culpa conuicti, manus impositionem tamquam laici nequaquam suscipiant. Confirmatum est, vt si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse sit remoueri, non eis manus tamquam paenitentibus laicis imponatur: neque permittendum, vt rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur.

De incestis coniunctionibus. C. II.

DE incestis coniunctionibus in concilio Agathensi cap. LXI. ita scriptum est: Incestis coniugijs nihil prorsus veniae reseruamus,

seruamus, nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestos vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum est. Hos enim esse censemus: Si quis relictam fratris, quae paene prius soror extiterat, carnali coniunctione violauerit. Si quis fratris germanam vxorem acceperit. Si quis nouercam duxerit. Si quis consobrinae suae se sociauerit. Quod ita praesenti tempore prohibemus, vt ita ea, quae sunt ante nos constituta, non dissoluamus. Si quis relictae, vel filiae auunculi misceatur, aut patris filiae, vel priuignae suae concubitu polluatur. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

Item de eisdem in concilio Aurelianensi cap. XIV. scriptum est: Ne frater super torum defuncti fratris ascendat. Nequisquam, amissa vxore, sorori audeat sociari. Quod si fecerit, ab ecclesiastica districtione feriatur.

Item de eisdem in concilio Ilerdensi cap. IV. ita dictum est; Qui se incesti pollutione commaculant; placuit, quousq. in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, vsq ad missam tantum catechuminorum in ecclesia permittantur, cum quibus etiam nec cibum sumere vlli Christianorum, sicut Apostolus iussit, oportet. 1. Cor. 5.

Item de his in Ancyrano concilio cap. XXIV. ita scriptum est: Quidam sponsam habens, sororem eius violauit, & grauidam reddidit; postmodum desponsatam sibi duxit vxorem. illa vero, quae corrupta est, laqueo se peremit. Hi, qui fuerunt conscij, post decennem satisfactionem iussi sunt suscipere gradus paenitentiae constitutos.

Item in Neocaesariensi concilio cap. II. ita dictum est, de his, quae duobus fratribus nupserint, vel qui duas sorores vxores acceperint: Mulier, si duobus fratribus nupserit, abijciatur vsq. ad mortem. Verumtamen in exitu propter misericordiam, si promiserit, quod facta incolumis, huius coniunctionis vincula dissoluat, fructum paenitentiae consequatur. Quod si defecerit mulier, aut vir in talibus nuptijs, difficilis erit paenitentia in uita permanenti.

Item de his, qui duabus sororibus copulantur, in Eliberitano concilio cap. LXI. ita scriptum est: Si quis post obitum vxoris suae sororem eius duxerit, & ipsa fuerit fidelis, quinquennium a communione placuit abstineri; nisi forte velocius dari

pacem necessitas coegerit infirmitatis.

Item de muliere, quae duos fratres sumit in coniugio, vel vir qui duas sorores habuerit, in concilio Martini Episcopi cap. lxxviii. ita scriptum est: Si qua mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores duxerit, a communione abstineat usq. ad mortem. In morte eis communio pro misericordia detur. Si vero superuixerint, communione accepta, & de infirmitate conualuerint, agant plenam paenitentiam tempore constituto.

Item in canone Apostolorum, cap. xix. scriptum est: Qui duas in coniugium sorores acceperit, vel filiam fratris, clericus esse non poterit.

De his, qui adulterium committunt. C. III.

ADulterium autem non solum lex damnat, sed etiam euangelica auctoritas omnino fieri vetat. Vnde & sancti Patres caelesti magisterio imbuti, de hoc quid seruandum sit, sanciuerunt. Nam in Ancyrano concilio cap. xviii. ita scriptum est: Si cuius vxor adulterata fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum paenitentiam agentem, oportet eum perfequi secundum pristinos gradus.

Item in Africano concilio cap. lxxx. de his, qui vxores, aut quae viros dimittunt, vt sic maneant, scriptum est: Placuit, vt secundum euangelicam, & apostolicam disciplinam, neq. dimissus ab vxore, neq. dimissa a marito, alteri coniungatur, ut ita maneant, aut sibimet reconcilientur. quod si contempserint, ad paenitentiam redigantur: in qua causa legem imperialem petendam promulgari.

Item in decretis Innocentij Papae cap. xxiv. scriptum est, quod viri cum adulteris non conueniant. Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conueniant; cum contra vxores in consortio adulterorum uirorum manere uideantur. Super hoc Christiana religio adulterium in utroq. sexu pari ratione condemnat. Sed uiros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata uindictam. Viri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt; & ideo mulieribus prodito earum crimine, communio denegatur. uirorum autem latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui vtiq. submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, inter-

dum

dum probatione cessante, vindictae ratio conquiescit.

Item in eiusdem decretis cap. XXVII. scriptum est, quod hi, qui intercedente repudio, diuortium pertulerunt, si se alijs nuptiis adiunxerint, adulteri esse monstrentur. De his etiam requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alii se matrimonio copularunt: quos in vtraq. parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel uxore viuente, quamuis dissociatum videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neq. possunt adulteri non videri: in tantum etiam, vt hae personae, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsae adulterium commisisse videantur: secundum illud, quod legimus in Euangelio: Qui dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, moechatur. Similiter & qui dimissam duxerit, moechatur. Et ideo omnes a communione abstinendos. De parentibus autem, aut propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortii fuisse detegantur. Matt. 5.

In concilio quoque Eliberitano cap. IX. de feminis, quae adulteros maritos reliquerunt, & aliis nubunt, scriptum est: Femina fidelis, quae adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur, ne ducat. Si duxerit, non prius accipiat communionem, nisi quem reliquit, de saeculo exierit: nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

De his, qui moechantur. C. IV.

ITem in concilio Eliberitano cap. XXX. de moechis scriptum est: Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint moechati: eo quod per subreptionem ad altiorem gradum promouebantur: si qui sunt in tempore praeterito ordinati, amoueantur.

Item in eodem concilio cap. XXXI. de adolescentibus, qui post lauacrum moechantur, scriptum est: Adolescentes, qui post fidem lauacri salutaris fuerint moechati, cum duxerint vxores, acta legitima paenitentia, placuit ad communionem eos admitti.

Item in eodem concilio cap. XLII. de eo, qui vxorem habens saepius moechatur, scriptum est: Si quis fidelis habens vxorem, nō semel, sed saepe fuerit moechatus, in fine mortis est cōueniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit moechatus, placuit vlterius non edere eum de communione pacis.

Item

Item in eodem concilio cap. x i i. de virginibus Deo sacratis, si adulterauerint: Virgines, quae se Deo dicauerunt, si pactum perdiderint virginitatis, atq. eidem libidini seruierint, non intelligentes quid admiserint; placuit, nec in finem eis dandam esse communionem. Quod si semel persuasu suo ab infirmi corporis lapsu post commissa vitia tempore vitae suae huiusmodi feminae egerint paenitentiam, vt abstineant se a coitu, placuit, eas in finem communionem accipere debere.

Itē in eodē concilio c. x i v. de virginibus secularibus si moechatae fuerint, scriptum est: Virgines quae uirginitatem suam non custodierint, si eos, qui easdem violauerint, duxerint, & tenuerint maritos; eo quod solas nuptias violauerint, post annum sine paenitentia reconciliari debebunt. Vel si alios cognouerint uiros, eo quod moechatae sunt, placuit, post quinquēnij tempora, acta legitima paenitentia, admitti eas ad communionem oportere.

Item in Ancyrano concilio cap. xv i i. de his, qui virginitatem professi sunt, & de his, qui sub sororis habitu cum aliquibus commorantur, scriptum est: Quotquot uirginitatem promittentes, irritam faciunt sponsionem, inter bigamos censeantur. Virgines autem, quae conueniunt cum aliquibus tamquam sorores habitare, prohibemus.

De his, qui sacris uirginibus se sociant; & de uirginibus uelatis, si moechatae fuerint. C. V.

Item in decretis Gelasii Papae cap. x x. de his, qui se sacris virginibus sociant, & foedera incesta committunt, quod communicare non possint, nisi forte publicam paenitentiam gesserint, dictum est: Virginibus sacris temere se quosdam sociare cognouimus, & post dicatum Deo propositum incesta foedera, sacrilegaque miscere: quas protinus aequum est a sacra communione detrudi, & nisi per publicam, probatamq. paenitentiam omnino non recipi, aut his certe viaticum de saeculo trāseuntibus, si tamen paenituerint, non negetur.

Item in decretis Innocentij Papae cap. xx. de virginibus non uelatis, si deuiauerint, scriptum est: Hae vero, quae nec dum sacro velamine tectae; tamen in proposito virginali semper se simulauerant permanere, licet velatae non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore paenitentia est; quia sponsio ea-

rum

rium à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, quomodo solui sine vindicta poterit? Nam si Apostolus Paulus illas, quae a proposito viduitatis discesserunt, dixerat habere damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto potius uirgines, quae prioris promissionis fidem frangere sunt conatae? 1. Tim. 5.

De his, qui irrationabiliter fornicantur. *C. VI.*

IN concilio Ancyrano cap. xv. de his, qui fornicantur irrationabiliter, id est, qui miscentur pecoribus, aut cum masculis polluuntur, scriptum est: De illis, qui irrationabiliter versati sunt, siue versantur, quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in paenitentia, communionem mereantur orationum: deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum, quales tempore paenitudinis extiterint; & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his haesere criminibus ad agendam paenitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta uiginti annorum aetate, & uxores habentes hoc peccato prolapsi sunt; viginti quinq. annis paenitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum. in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui & uxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum aetatis, ita deliquerint; ad exitum vitae communionis gratiam consequantur.

Item in eodem, de his, qui in pecudes, vel in masculos, aut olim polluti sunt, aut hactenus hoc vitio tabescunt, cap. xvi. scriptum est: Eos, qui irrationabiliter vixere, & lepra iniusti criminis alios polluerunt; praecepit sancta synodus, inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

De coniugatis, si quis eorum ductus fuerit in captiuitatem. C. VII.

IN decretis quoque Innocentij Papae cap. xxxvii. scriptum est; quod si cuius uxor in captiuitatem fuerit abducta, & alteram maritus acceperint, reuertente prima, secunda mulier debet excludi. Innocentius Probo scripsit: Conturbatio procellae barbaricae facultati legum intulit casum. Nam bene constituto matrimonio

trimonio inter Fortunium, & Vrsam, captiuitatis incursus faceret uacuum, nisi sacrae religionis statuta prouiderent. Cum enim in captiuitate praedicta Vrsa mulier teneretur, aliud coniugium cum Restituta Fortunius memoratus inijsse cognoscitur: sed fauore Domini reuersa Vrsa, nos adijt; & nullo diffidente, vxorem se memorati esse perdocuit. Quare domine fili, merito illustris, statuimus, Fide catholica suffragante, illud esse coniugium, quod erat primitus diuina gratia fundatum: conuentumq. secundae mulieris, priore superstite, nec diuortio reiectae, nullo pacto posse esse legitimum.

Quod aliud sit uxor, aliud concubina; & quod non sit coniugij duplicatio, quando ancilla reiecta, uxor assumitur. C. IIX.

IN decretis Leonis Papae cap. x i x. scriptum est, quod aliud sit vxor, & aliud concubina: nec erret, quisquis filiam suam in matrimonium tradiderit ei, qui habuit concubinam. Non omnis mulier viro iuncta, uxor est viri; quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima, & inter aequales: & multo prius hoc ipsum Domino constituente, quam initium Romani iuris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus, ad manifestandum harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, vbi dicitur Abrhae: Eijce ancillam, & filium eius. non enim haeres erit filius ancillae, cum filio meo Isaac. Vnde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, vt praeter sexuum coniunctionem haberet in se Christi, & Ecclesiae sacramentum; dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur, nuptiale non fuisse mysterium. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam uiro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier, & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptijs honestata videatur: paterno arbitrio uiris iunctae, carent culpa, si mulieres, quae a uiris habeantur, in matrimonio non fuerunt; quia aliud est nupta, aliud concubina.

Gene 11.

Item in eiusdem decretis cap. x x scriptum est; quod non sit coniugii duplicatio, quando ancilla reiecta, uxor assumitur. Ancillam a toro abiicere, & uxorem certae ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, sed profectus est honestatis. Culpanda sit

sit sane talium negligentia, sed non penitus desperanda; vt crebris exhortationibus incitati, quod necessarie expetiuerunt, fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est: quia nonnunquam quod diffidentia aetatis differtur, consilio maturiori perficitur, in matrimonio videtur esse.

De eo, qui uxorem capti sortitus est in matrimonium. C IX.

ITem in decretis Leonis Papae cap. lxii. scriptum est: quod non videatur esse culpabilis, qui uxorem capti sortitus est: nec tamen culpabilis iudicetur, & tamquam alieni iuris peruasor habeatur, qui personam eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quae ad eos, qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt: & tamen plenum iustitiae est, ut ijsdem reuersis, propria reformetur. Quod si in mancipijs, vel agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus rite seruatur; quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur.

De illo, qui concubinam super uxorem habebit. C. X.

IN Toletano concilio cap. vii. scriptum est, de eo, qui uxorem habet, si concubinam habuerit, quod non communicet. Si quis habens uxorē fidelis, si concubinam habeat, non cōmunicet. Ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habeat, a communione non repellatur: tantum vt unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, sit coniunctione contentus. Alias uero viuens, abijciatur donec desinat, & ad paenitentiam reuertatur.

De parricidio, & his, qui partus suos necant. C. XI.

PArricidium autem, quam sit detestabile crimen, in iudicio facto inter Caim, & Abel fratrem suum, Dominus ipse ostendit, cum ad Caim parricidam ait: Maledictus eris super terram, quae aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Fructus eius: Vagus, & profugus eris super terram. In Genes. 4.

quo etiam posuit signum, hoc est, vt tremens, & gemens profugus semper viueret, nec auderet iam vspiam sedes habere quietas. Sed quia in modernis temporibus parricidae profugi discurrunt per diuersa loca, & uariis uitiis, atq. gulae illecebris deseruiunt; melius mihi videtur; ut in vno loco manentes, paenitentia districta semetipsos castigent, si forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit ultra, militiae cingulum sumere, & nuptiis, atque coniugii copula uti; quia sacri canones hoc eis non consentiunt: sicut modo de paenitentibus pro culpis grauium criminum decreta synodalia decernere, ostensuri sumus.

Itaq. in Ancyrano concilio cap. xx. scriptum est, de his, qui partus suos ex fornicatione diuersis modis interimunt. De mulieribus quae fornicantur, & partus suos necant, uel quae agunt secum, vt utero conceptos excutiant, antiqua quidem definitio vsq. ad exitum vitae eas ab Ecclesia remouet. Humanius autem nunc definimus; ut eis decem annorum tempus secundum praefixos gradus paenitentiae largiamur.

Item in concilio Eliberitano cap. lxiii. scriptum est de his, quae filios ex adulterio necant: Si qua per adulterium absente marito conceperit, idq. post facinus occiderit, placuit, vix in fine dandam esse communionem, eò quod geminauerit scelus.

Item in concilio Ilerdensi cap. ii. scriptum est de his, qui aborsum faciunt, uel natos suos extinguunt. Hi vero, qui male conceptus, ex adulterio factos, vel editos necare studuerint, uel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in utroque sexu adulteris post septem annorũ curricula communio tribuatur: ita tamen, ut omni tempore vitae suae, fletibus, & humilitati insistant.

De homicidiis voluntarie commissis. C. XII.

IN concilio Neocaesariensi cap. xxi. de homicidiis scriptum est: Qui voluntarie homicidium fecerint, paenitentiae quidem iugiter sesubmittant, perfectionem uero circa exitum consequantur.

De

De homicidijs, & falsis testibus. C. XIII.

ITem in concilio Agathensi cap. xxxiv. de homicidijs, & falsis testibus scriptum est: Itaq. censuimus, homicidas, & falsos testes a communione ecclesiastica submouendos, nisi paenitentiae satisfactione crimina admissa diluerint.

De his, qui seruos suos extra iudicem necant; & domina, quae per zelum ancillam occiderit. C. XIV.

ITem in concilio Agathensi cap. lxii. scriptum est de his, qui seruos suos extra iudicem necant: si quis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione, vel paenitentia biennii reatum sanguinis emundabit.

Item in concilio Eliberitano cap. v. scriptum est, si domina per zelum ancillam occiderit: Si qua femina furore zeli accensa, flagris verberauerit ancillam suam, ita vt intra tertium diem animã cum cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntarie, an casu occiderit, si voluntate, septem annos; si casu, per quinquennij tẽpora acta legitima paenitentia, ad cõmunionem, placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirma, accipiat communionem.

De homicidijs non sponte commissis; & illis, qui se excusant quasi insontes ab homicidio in proelio commisso iussu Principum. C. XV.

IN concilio Neocaesariensi cap. xxii. scriptum est de his, qui non sponte homicidium commiserint: De homicidiis nõ spõte cõmissis, prior quidem definitio, post septẽnẽ paenitentiã perfectionẽ consequi praecepit: secunda vero, quinquennii tp̃s explere.

Quod autem quidam homicidium, quod nuper in seditione, & proelio Principum nostrorum perpetratum est, excusant, quasi necesse sit, pro hoc cuilibet agere paenitentiam, eo quod iussu Principum peractum sit, & Dei iudicium semper iustum est, & nulla reprehensione dignum; de quo etiam scriptum est: Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operib. suis. Qui iudicat orbem terrae in aequitate, & populos in veritate sua. Sine quo nec passer cadit super terram. Sed nemo omnia iudicia Dei penetrare põt, quoniam scriptum est: Iudicia Dei abyssus multa. Vnde oportet eos considerare, qui hanc necem nefariam defendere cupiunt, vtrum illos coram oculis Dei quasi innoxios excusa-

Psal. 44.

Psal. 35.

re posśint, qui propter auaritiam quae omnium malorũ radix est, & idolorum seruituti comparatur, atque propter fauorem dominorum suorum temporalium, aeternum Dominum cõtempserũt; & mandata illius spernentes, non casu, sed per industriam homicidium, perfecerunt. Nam de his legimus, qui homines non sponte interfecerunt, Deum per legislatorem vrbes refugij deputasse, ad quas confugientes saluarentur ab vltore sanguinis proximi sui, & non morerentur. Inde in Deuteronomio scriptum est: Haec erit
Deu. 19. lex homicidae, cuius uita seruanda est. Qui percusserit proximũ suum nesciens, & heri, & nudiustertius nullum contra eũ habuisse odium comprobatur, sed abijsse simpliciter cum eo in siluã ad ligna caedenda, & in succisione lignorum securis fugerit de manu, aut ferrum lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & occiderit; hic ad vnam vrbium supradictarum confugiet, & viuet: ne proximus eius, cuius sanguis effusus est, stimulo doloris percutiat animam eius. De eo vero, qui per industriam aliquem occiderit, in Exodo ita praeceptum est: Si quis de industria, & per insidias occiderit proximum, ab altari meo euellas eum, ut moriatur. Et in Deuteronomio: Si quis, inquit, odio habens proximum suum,
Exo. 21. insidiatus fuerit vitae eius, & surgens percusserit illum, & mor-
Deu. 19. tuus fuerit, & fugerit ad vnam de supradictis uirbibus, mittent seniores ciuitatis illius, & eripient eum de loco refugij, & tradẽt eũ in manus proximi eius, cuius sanguis effusus est, & morietur, nec misereberis eius. Si ergo eum, quem Dominus dignum morte esse iudicauit, reum non esse quis dicit, quo cõtrarius legi Dei non existit, qui hoc, quod Dominus praecepit, cassum esse contendit? Videndum ergo illi est, ne forte in illorum numero sit, quibus per
Ezec. 13. Prophetam dicitur: Vae vobis, qui consuitis puluillos sub omni cubito, & ceruicalia ad decipiendas animas. Et alibi: Vae vobis, in-
Esaiae. 5. quit, qui dicitis bonum malum, & malum bonum: ponentes lucẽ tenebras, & tenebras lucem: dicentes amarum dulce, & dulce amarum. Tales ergo mortificant animas, quae non moriuntur; & viuificant, quae non viuunt. Quisquis ergo, malorum operum, sine condigna paenitentia, quemquam veniã a Deo percipere posse dixerit, penitus errat. Et cum deceptus alios decipere festinat, duplici noxa constringitur, hoc est, proprij erroris, & alienae deceptionis. Sed inter haec sciendum, quod magna distantia est inter legitimum Principem, & seditiosum tyrãnum: inter eum, qui subuertere nititur Christianae pacis tranquillitatem; & illum, qui ar-

mis

mis contra iniquitatem certat defendere aequitatem. De quo plurima sub lege vetere, & sub testamento nouo fortium virorũ inueniuntur exempla; quae nos possunt instruere, quid de huiuscemodi facto debeamus sentire.

De administratoribus & his, qui preces criminales dictant C. XVI.

DE administratoribus autem, qui iudicia saecularia secundum legem maiorum suorum exercent, quid sacri canones inde sentiant, facile est inuenire. nam in decretis Innocentij Papae cap. XXIII. ita legitur: Quaesitum est ergo super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulerunt sententiam; de his nihil legimus maioribus definitum. Meminerant enim, à Deo potestates has fuisse concessas; & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse promissum; & Dei ministrum esse datum, vindicem esse in huiusmodi. Quemadmodũ igitur reprehenderent factum, quod auctore Domino viderunt esse concessum? De his ergo, ita ut hactenus seruatum est, sic habemus: ne aut disciplinam euertere, aut contra auctoritatem Domini venire uideamur. Ipsi autem in ratione reddenda gesta sua omnia seruabunt.

Item in eiusdem decretis cap. xxx. scriptum est, quod qui preces criminales dictant, habeantur immunes. Illud autem sciscitari uoluisti, an preces dictantibus liberum concedatur. Vtique propter baptismi regenerationem a Principibus poscere mortem alicuius, vel sanguinem de reatu. Quam rem Principes nunquam sine cognitione concedunt; sed ad iudices commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, ut causa cognita vindicetur. Quae cum quaesitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum in improbos exercetur auctoritate, erit dictator immunis.

De populi necessario commissu. C. VII.

DE populi autem necessario commissu, quomodo inultum soleat praeteriri, idem Papa quibusdam Episcopis de Macedonia ad interrogata respondens, ita scripsit dicens: Praeuideat ergo dilectio vestra, hactenus talia mansisse: & aduertite, quod vtiq, ut dicitis, necessitas imperauit; in pace etiam ecclesias constitutas

non

non posse praesumere. Sed ut saepe accidit, quoties a populis, & a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio: de reliquo maxima sollicitudine praecauendum. Nō enim hic, ut mihi uidetur, iste doctor Apostolicus dicit non necessarium esse populo pro male commissis agere paenitentiā, sed quod in omnes propter multitudinem non potest uindicari, priora dimittenda Dei iudicio: de reliquo maxima sollicitudine praecauendum, ne fiant.

De furto. C. XVIII.

DE furto vero in concilio Agathensi cap. v. ita scriptum est: Si clericus furtum ecclesiae fecerit, peregrina ei communio tribuatur.

Item in eodem concilio cap. xxvi. scriptum est: Si qui uero clerici documenta, quibus ecclesiae possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut aduersarijs fortasse tradere damnabili, & puniēda obstinatione praesumpserunt; quidquid per abstinentiam documentorum damni ecclesiae illatum est, de propriis facultatibus reddant, & communione priuentur, et qui in damno ecclesiae impie sollicitati a traditoribus susceperint.

De coniuratione, vel conspiratione. C. XIX.

DE coniuratione, vel conspiratione in concilio Chalcedonensi cap. x i v. scriptum est: Coniurationis, vel conspirationis crimen & ab exteris legibus est omnino prohibitum; multo magis hoc in Dei ecclesia ne fiat, admonere conueniet. Si qui ergo clerici, vel monachi reperti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes Episcopis, aut clericis, a gradu proprio penitus abiiciantur.

De his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant. C. XX.

DE his vero, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant, in concilio Ilerdensi cap. v i i. ita scriptum est: Qui sacramē to se obligauerit, vt litiget cum quolibet, ne ad pacem vllo modo redeat; pro periuro, vno anno a communione corporis, & sanguinis

nis Domini segregatus, reatum suum eleemosynis, & fletibus, & quantum potuerit, ieiunijs absoluat. Ad charitatem vero, quae operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

De his, qui noxia iuramenta conficiunt, quomodo paenitere oporteat. C. XXI.

DE iniquo ergo iuramento, & ad proximi noxam pertinente, in Toletana Synodo cap. 11. ita scriptum continetur: Etenim dum periurare compellitur, creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contemnimus, vt proximis impia crudelitate noceamus, & nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter iugulamur. Restat ergo, vt eo nostra pergat sententia, quo misericordiae patuerit uia. Quae ita Domino probatur accepta, vt plus eam cupiat, quam sacrificia ueneranda, dicente ipso: Misericordiam uolui, & non sacrificium. Matt. 9. Hac indulgentiae concessa licentia, miserationis ipsius opus in gloriosi Principis potestatem redigimus: ut quia Deus illi miserandi aditum patefecit; remedia pietatis, ipse quoq. non deneget; quae ita principali discretione moderata persistant, ut & illis ita sit, quatenus misericordia contributa, vt nusquam gens, aut patria per eosdem aut periculum quodcumque perferat, aut iacturam: haec miserationis obtentu temperasse sufficiat. Ceterum quia iuramenta pro regiae potestatis salute, vel constitutione gentis, & patriae, uel hactenus sunt exacta, uel deinceps extiterunt exigenda; omni custodia, omniq. vigilantia indissolubiliter decernimus obseruanda, membrorum truncatione, mortisq. sententia, religione penitus absoluta. Sed ne prauarum mentium uersuta nequitia nosmet ad periurii aliquando prouocet culpam; neve a sanctae Fidei regula hanc adserat uenire sententiã, tam diuinae auctoritatis oracula, quam praecedentium Patrũ huic narrationi curauimus innectenda. Sic enim per Hieremiam dixit: Hiere. 18. Repente loquar aduersus gentem, aduersus regnum, ut eradicẽ, & disperdam illud. Si paenitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego paenitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et per Ezechielem: Si dixero, Ezec. 15. inquit, iusto quod uita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiae eius obliuioni tradentur: & in iniquita-

te sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Si autem dixero impio, morte morieris, & egerit paenitentiam, uita uiuet, & non morietur. Si ergo nostra conuersio sic diuinam mutat sententiam, cur miserorum tantae lacrymae, uel pressura tam crudam non temperent ex miseratione uindictam? Hinc populo etiam Israelitico saepe ultio promissa suspenditur: Nineuitarum perditio diuinae sententiae permutatione sedatur. Nā sanctus Ambrosius in libro tertio de Officiis cap. XII. ita ait: Purum igitur, ac sincerum oportet esse effectum, ut vnusquisq; simplicem sermonem proferat: vas suum in sanctitate possideat, ne fratrem circumscriptione uerborum inducat: nihil promittat inhonestum. At si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Saepe pleriq. constringunt seipsos iurisiurandi sacramento: ut cū ipsi cognouerint promittendum non fuisse sacramentum, tamen contemplatione faciunt quod spoponderunt. Sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici praemium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors Prophetae pro iusiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tale fuisset periurium sacramento. Et post pauca de Iephthe discernens, Miserabilis necessitas, quae soluitur parricidio. Melius est non uouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. Et post paululum: Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Deniq ipse Dominus, sicut Scriptura indicat, frequenter suam mutat sententiam. Vir quoq. sanctissimus Augustinus, inuestigationis acumine acutus: Inueniendi aditus patet, minora semper eligantur. Quia & qui murorum ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam praecipitat, ubi breuior murus inuenitur. Hinc & Isidorus ait: Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio. Similiter in Synonymis: In malis promissis rescinde fidem; in turpi uoto muta decretum; quod incaute uouisti, ne facias. Impia est promissio, quae scelere adimpletur. Vnde necesse est, ut male iurans dignam paenitentiam agat, eo quod nomen Domini contra praeceptum illius sumpsit in vano: quia in Exodo scriptum est: Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra. Et in Leuitico: Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui: ego Dominus. Tamen malum, quod facturum se sacramento deuouerat, omnino non faciat: quoniam stulta vota frangenda sunt.

Ambros. Matt. 14. Augusti. Isidorus. Exo. 20.

De

De his, qui ad ecclesiae patrocinium confugiunt, ne tradantur persequentibus se sine foedere pacti. C. XXII.

DE his ergo, qui ad ecclesiae patrocinium cõfugiunt, ne tradãtur, in concilio Arausico cap. v ita scriptum est. Eos autem, qui ad ecclesiã cõfugerint, tradi non oportere; sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. In concilio Aurelianensi cap. I. de homicidis, & adulteris, & furibus si ad ecclesiam confugerint, ita scriptum est. Id constituimus obseruandum, quod ecclesiastici canones decreuerunt, & lex Romana constituit; ut ab ecclesiae atriis, vel domo Episcopi eos abstrahere omnino non liceat: sed nec altari consignari, nisi ad Euangelia datis sacramentis, de morte, & debilitate, & omni poenarum genere sint securi; ita vt ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conueniat. Quod si sacramenta sua conuictus fuerit violasse reus periurij, non solum a communione ecclesiae, uel omnium clericorum, uerum etiam & a catholicorum conuiuio separetur. Quod si cui reus est, noluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus de ecclesia actus timore discesserit, ab ecclesiae clericis non quaeratur.

Item in eodem concilio cap. II. scriptum est de raptoribus, si ad ecclesiam confugerint. De raptoribus autem, id constituẽdum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta conuenerit, & feminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris: & raptor, mortis, uel poenarum impunitate concessa, ad seruiendum subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si uero quae rapitur, patrem habere cõstiterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur: & raptor a patre superioris condicionis satisfactione teneatur obnoxius.

Item in eodem concilio cap. III. scriptum est de seruis si ad ecclesiam confugerint. Seruus; si ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino omissa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium domini sui redire cogatur. Et postea quam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid poenae pro eadem culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisse; pro contẽptu Ecclesiae, & praeuaricatione fidei a communione, & conuiuio catholicorum, sicut superius comprehensum est, extraneus habeatur. Si vero seruus pro culpa sua ab Ecclesia defensatus, sacramenta domini clericis exigentibus de impunitate perceperit,

exire nolentem, a domino liceat occupari.

De his, qui diuinationes expetunt, & incantationibus, siue augurijs deseruiunt. C. XXIII.

IN Ancyrano concilio cap. xxiv de his, qui diuinationes expetunt, & morem Gentilium subsequuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennij iaceant secundum gradus paenitentiae definitos.

Item in concilio Laodicensi cap. xxxvi. de his, qui incantationibus, & phylacterijs utuntur, ita scriptum est. Quod non oporteat sacris officiis deditos, uel clericos magos, aut incantatores existere, aut facere phylacteria, quae animarum suarum uincula esse comprobantur: eos autem, qui his vtuntur, ab ecclesia pelli praecipimus.

In concilio Agathensi de sortilegijs, uel augurium seruantib. ut ab Ecclesia separentur, cap. xlii. scriptum est. Ne de eo fortasse uideatur omissum, quod maxime fidem catholicae religionis infestat, quod aliquanti clerici, siue laici student auguriis, & sub nomine fictae religionis, qua Sanctorum sortes diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque inspectione futura promittunt; hoc quicumque clericus, uel laicus detectus fuerit, uel consulere, vel docere; ab Ecclesia habeatur extraneus.

Item in concilio Toletanensi cap. xxix. ita scriptum est. Si quis Episcopus, aut presbyter, siue diaconus, uel quilibet ex ordine clericorum magnos, aut aruspices, aut ariolos, uel sortilegos, aut eos, qui profitentur artem aliquam curiosam, aut aliquis eorum similia exercentes consulens, fuerit deprehensus; ab honore dignitatis suae depositus, monasterij curam excipiat: ibiq; perpetuae paenitentiae deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

In synodo Martini cap. lix. ita scriptum est. Non liceat sacerdotibus, vel clericis, incantatores esse, & ligaturas facere: quod est colligatio animarum. Si quis haec facit, de ecclesia proijciatur.

Quod

Quod non liceat Christianis, seruare traditiones Gentilium; nec vllis obseruationibus festis eorum communicare. C. XXIV.

ITem in eadem synodo cap. lxxi. scriptum est. Non liceat Christianis, tenere traditiones Gentilium, & obseruare lunae, aut stellarum cursum. Non liceat Christianis, obseruare, vel colere elementa, aut lunae, aut stellarum cursum, aut inanem signorum fallaciam, pro domo facienda, vel segetibus, uel arboribus plantandis, vel coniugijs sociandis: Scriptum est enim. Omnia quae facitis, aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.

Item in eodem concilio cap lxxii. ita scriptum est, quod non liceat Kalendas obseruare. Non liceat iniquas obseruationes agere kalendarum, & otiosis vacare rebus; neq. lauro, aut viriditate arborum circuire domos. Omnis haec obseruatio paganismi est.

Item in eodem concilio cap. lxxiii. scriptum est, quod non liceat medicinales herbas aliqua obseruatione colligere. Nō liceat in collectione herbarum, quae medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes intendere, nisi tantum cum symbolo diuino, & oratione Dominica; ut tantum Deus creator omnium, & dominus, honoretur.

In concilio Laodicensi cap. xxxix. scriptum est de his Christianis, qui celebrant festa Gentilium. Quod non oporteat cum Gentilibus festa celebrare, & communicare prauitatibus eorum, qui sine Deo sunt.

Quod non sit cum Paganis conuiuandum. C. XXV.

IN concilio Africano cap. xxvii. scriptum est de Paganorum conuiuiis auferendis. Illud etiam petendum, vt quoniam contra praecepta diuina conuiuia multis in locis exercentur, quae ab errore Gentili adtracta sunt, ita ut nunc a Paganis Christiani ad haec celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum Imperatorum persecutio altera fieri occulte videatur, vetari talia iubeant; & de ciuitatibus, & possessionibus imposita poena prohiberi: maxime cum etiam natalibus beatissimorum Martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris talia cōmittere non reformident, quibus diebus etiam, quod pudoris

 est

est dicere, saltationes sceleratissimas p vicos atq. plateas exerceãt, vt matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor deuote uenientium ad sacratissimum diem, iniuriis lasciuientium appetatur: vt etiam ipsius sanctae religionis paene fugiatur accessus.

In decretis Leonis Papae cap. xxx. scriptum est de his, qui conuiuio Gentilium, & escis immolaticijs vsi sunt. Si qui conuiuio solo Gentilium, & escis immolaticiis vsi sunt, possunt ieiuniis, & manus impositione purgari: ab idolothytis abstinentes, sacramẽtorum Christi possunt esse participes. Si autem aut idola adorauerunt, aut homicidijs, aut fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos, nisi per paenitentiam publicam, non oportet admitti.

De christianis, qui cum Iudaeis vescuntur; & quod Iudaeis non liceat habere christianas vxores, vel concubinas, seu mancipium Christianum. *C. XXVI.*

IN concilio Eliberitano cap. I v. scriptum est de Christianis, qui cum Iudaeis vescuntur. Si vero quis clericus, uel fidelis cum Iudaeis cibum sumpserit, placuit eum a communione abstinere, ut debeat emundari.

In concilio Toletanensi cap. x i v. scriptum est de Iudaeis. Suggerente concilio, id gloriosissimus Dominus noster canonibus inserendum praecepit, ut Iudaeis non liceat, Christianas habere vxores, uel concubinas; neque mancipium Christianum in vsus proprios comparare. Sed & filij, qui ex tali coniugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum: nulla officia publica eos opus est agere, per quae eis occasio tribuatur, poenam Christianis inferre. Si qui vero Christiani ab eis Iudaeis in ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito pretio, ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

Quod non congruat Christianis, comessationibus interesse, nec histriones fieri, nec saltare in nuptijs, neque in conuiuijs. *C. XXVII.*

IN concilio Laodicensi cap. I v. scriptum est, non congruere Christianis, comessationibus interesse. Quod non oporteat sacerdotes, aut clericos ex collatis, uel comessationibus conuiuia celebrare. Hoc autem nec laicis posse congruere.

In

In concilio Africano cap. xxx. ſcriptum eſt de hiſtrionibus, Chriſtianis factis, & de his etiam petendum, vt ſi quis ex qualibet ludicra arte ad Chriſtianitatis gratiam uenire uoluerit, ac liber ab illa macula permanere; non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, uel cogi.

In concilio Laodicenſi cap. l i i. ſcriptum eſt, ut in Chriſtianorum non ſaltetur nuptiis. Quod non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias plaudere, uel ſaltare: ſed uenerabiliter caenare, uel prandere, ſicut Chriſtianos decet.

Vt ad menſam Epiſcopi ſcripturae diuinae legantur: & quod ſacris ordinibus deditos viros non conueniat ebrietatem ſectari. *C A P.* XXIIX.

IN concilio Toletanenſi cap. v i i. ſcriptum eſt, vt ad menſam Epiſcopi ſcripturae diuinae legantur. Pro reuerentia Dei, & ſacerdotum, id uniuerſa ſancta conſtituit ſynodus; ut quia ſolent crebro menſis otioſae fabulae interponi, in omni ſacerdotali conuiuio lectio ſcripturarum diuinarum miſceatur. Per hoc enim & animae aedificantur ad bonum, & fabulae non neceſſariae prohibentur.

In canone Apoſtolorum cap. x l i i. ſcriptum eſt, quod Epiſcopus, presbyter, aut diaconus aleator, & ebrioſus eſſe non debeat. Epiſcopus, presbyter, aut diaconus aleae, atq. ebrietati deſeruiens, aut deſinat; aut certe damnetur.

De continentia, & caſtitate clericorum. C. XXIX.

IN concilio Carthaginenſi cap. i i i. de continentia, & caſtitate clericorum ita ſcriptum eſt. Aurelius Epiſcopus dixit: Cum praeterito concilio de continentiae, & caſtitatis moderamine tractaretur, gradus iſti tres, qui conſtrictione quadam caſtitatis per conſecrationes adnexi ſunt, Epiſcopos inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt condecet, ſacros antiſtites ac Dei ſacerdotes, nec non & leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt

seruiunt, continentes esse in omnibus, quò possint simpliciter quod a Deo postulant, impetrare. Vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.

Quod nõ debeãt sacerdotes quaslibet in ecclesiae familijs truncationes facere; nec aliquid, quod morte plectendum sit, iudicare. C.XXX.

IN concilio Toletanensi cap. VI. scriptum est, non debere sacerdotes, quaslibet in ecclesiae familiis truncationes facere; nec aliquid, quod morte plectendum, iudicare, His uero, a quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet; & ideo magnopere talium excessibus prohibendum est, ne indiscretae praesumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est, sententia propria iudicare praesumant: aut truncationes quaslibet personis, aut per se inferant, aut inferenda praecipiant. Quod si quisquam horum immemor praeceptorum, aut in ecclesiae familijs, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, & concessi ordinis honore priuatus, & loco, sub perpetuo damnationis teneatur religatus ergastulo. Cui tamen communio exeunti ex hac uita non neganda est, propter Domini misericordiam: qui non vult peccatoris mortem, sed ut conuertatur, & viuat.

De clericis, qui in mutuam caedem prorumpunt. C.XXXI.

IN concilio Ilerdensi cap. XI. scriptum est de clericis, qui in mutuam caedem prorumpunt. Si qui clerici in mutuam caedẽ proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessus contumelia pertulerit, a Pontifice districtius uindicetur.

De

De auaritia, & cupiditate; & quod non sit vsura exigenda.
CAP. XXXII.

IN concilio Carthaginensi cap. v. de auaritia scriptum est. Aurelius Episcopus dixit; Auaritiae cupiditas detestanda, quam rerum omnium malarum matrem esse, nemo dubitat. Proinde inhibendum est, ne quis alienos fines vsurpet, aut per praemium terminos Patrum statutos transcendat; nec cuiquam clericorum liceat, de qualibet re fenus accipere: quamquam nouellae suggestiones, quae vel obscurae sunt, uel sub genere latent, inspectae a nobis, formam accipient. ceterum de quibus apertissime diuina scriptura sanxit, non est differenda sententia, sed potius exequenda. Proinde quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis praedamnari. Vniuersum concilium dixit, Nemo contra Prophetas, nemo contra Euangelia facit sine periculo.

In concilio Toletanensi cap. xxxiii. scriptum est de auaritiae malo. Auaritia radix cunctorum malorũ, cuius sitis ẽt sacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium in amore Christi, & Martyrum in parochijs Episcoporum basilicas construunt, oblationes conferibunt; sacerdotes haec auferunt, atq. in vsus suos conuertunt. Inde est, quod cultores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. Inde labentium basilicarum ruinae non reparantur, quia auaritia sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum est a praesenti concilio, Episcopos ita dioeceses suas regere, ut nihil ex earum iure praesumant auferre: sed iuxta priorum auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quam de tributis, ac frugibus tertiam partem consequantur. Quod si amplius quippiam ab eis praesumptum extiterit, per concilium restauretur: appellantibus aut ipsis conditoribus, aut certe propinquis eorum, si iam illi a saeculo discesserunt. Nouerint autem conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesijs conferunt, nullam potestatem habere: sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem Episcopi pertinere.

In concilio Nicaeno cap. xvii. de clericis vsuras accipientibus scriptum est. Quod multi sub regula constituti auaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique diuinae scripturae dicentis: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram; mutuum dantes centesimos

tesimos exigunt: iuste censuit sancta, & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens; aut ex inuentione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens; aut hemiolia, id est, sescupla exigens; vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia: deijciatur a clero, & alienus existat a regula.

In decretis Leonis Papae cap. I I I. scriptum est, quod usuram non solum clerici exigere non debeant, sed nec laici Christiani. Nec hoc quoque praetereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, vsuras iam exercere: quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed et in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. quod uindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus; vt omnis peccandi oportunitas adimatur.

De apostatis. C. XXXIII.

IN decretis Syricij Papae cap I I I. de apostatis scriptum est. Adiectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos Christi corpore, & sanguine, quo dudum redempti fuerant, renascendo, iubemus abscindi. Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his, quandiu viuunt, agenda paenitentia est, & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino, Nolo mortem
Ezec. 18. peccatoris, tantum conuertatur, & uiuat.

In concilio Arelatensi cap. X X I I. de apostatis scriptum est. Qui tardius reuertuntur, nisi per dignam paenitentiam non recipiantur. De his, qui apostatant, & nunquam se ad Ecclesiam repraesentant, nec quidem paenitentiam agere quaerunt, & postea infirmitate arrepti, petunt communionem; placuit, non dandam eis communionem nisi reualuerint, & egerint fructus dignos paenitentiae.

Item in eodem concilio cap. X X V. de apostatis, si non reuertantur, scriptum est. Hi, qui post sanctae religionis professionem apostatant, & ad saeculum redeunt, & postmodum paenitentiae remedia non requirunt, sine paenitentia communionem penitus non accipiant: quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicũq. ille, post paenitentiam habitum saecularem non praesumat; quod si praesumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur.

De

De professione monachi. C. XXXIV.

IN synodo Toletana cap. IIX. scriptum est de professione monachi. Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Quidquid horum fuerit alligatum, tenebit. Proinde his ad mundum reuerti interdicimus aditum; & omnes ad saeculum interdicimus regressus.

De paenitentiae temperamento, & quando reconciliandi sunt ipsi paenitentes. C. XXXV.

IN Africano concilio cap. x. de paenitentib. ita scriptum est. Vt paenitentibus secundum differentiam peccatorum, Episcopi arbitrio paenitentiae tempora decernantur, & vt presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet paenitentem, nisi absentia Episcopi necessitate cogente. Cuiuscumq. autem paenitentis publicum, & vulgatissimum crimen est, quod uniuersam Ecclesiam commouerit, ante absidam manus ei imponatur.

In decretis Innocentij Papae cap. VII. de paenitentibus scriptum est. De paenitentibus autem, qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus paenitentiam gerunt, si nulla interuenit aegritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum, Romanae Ecclesiae consuetudo demonstrat. Ceterum de pondere aestimando delictorum, sacerdotis est iudicare; vt attendat ad confessionem paenitentis, & ad fletus, & lacrymas corrigentis: ac tum iubere dimitti, cum viderit satisfactionem. Sane quisquis in aegritudinem inciderit, atq. vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Pascha relaxandum; ne de saeculo absque communione discedat.

De his qui in paenitentia positi uita excesserunt. C. XXXVI.

IN concilio Arelatensi cap. XII. scriptum est de his, qui in paenitentia positi vita excesserunt. Placuit nullum communione uacuum dimitti, sed pro eo, quod orauit paenitendo, oblatio illius recipiatur.

In concilio Arausico cap. III. scriptum est de paenitentibus, qui de corpore exeunt. Qui recedunt de corpore paenitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione, eis communicare: quod morienti sufficit consolationis * secundum definitionem congruentem, uiaticum nominauerunt. Vt si superuixerint, stent in ordine paenitentium, ut ostensis necessarijs paenitentiae

fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant.

De his, qui paenitentiam violantes spernunt; & rursus praeuaricantur. C. XXXVII.

IN concilio Aurelianensi cap. IV. scriptum est de his, qui paenitentiam uiolant. Eos uero, qui susceptam paenitentiam, religionemq. suae professionis obliti, ad saecularia relabuntur, placuit a communione suspendi & ab omnium catholicorum conuiuijs separari. Quod si post interdictum, cum eo quisq. praesumpserit manducare, & ipse communione priuetur.

In concilio Toletano cap. lv. scriptum est de saecularibus accipientibus paenitentiam, qui se totondere, & rursus praeuaricantes laici effecti sunt. Comprehensi ab Episcopo suo, ad paenitentiam, ex qua recesserunt, reuocentur. Quod si aliqui per paenitentiam irreuocabiles sunt, nec admoniti reuertuntur; uere ut postea coram Ecclesia anathematis sententia condemnentur. Non aliter & hi, qui detonsi a parentibus fuerint, aut sponte sua missis parentib. se ipsos religioni deuouerunt, & postea habitum saecularem sumpserunt, & iidem a sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, acta prius paenitentia reuocentur. Quod si reuerti non possunt apostatae, anathematis sententia abijciantur. Quae forma seruabitur etiam in uiduis, uirginibusque sacris, ac paenitentib. feminis, quae sanctum monialem habitum induere, & postea aut uestem mutauerunt, aut ad nuptias transierunt.

Quod nulli sit vltima paenitentia deneganda. C. XXXIIX.

IN decretis Caelestini Papae cap. xv. scriptum est, quod nulli sit ultima paenitentia deneganda. Agnouimus enim paenitentiam morientibus non denegari, nec illorum desiderijs abnui, quod obitus sui tempore animae suae cupiunt subueniri remedio. Horremus fateor tantae impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere; & periclitantem sub horrore peccatorum hominem, pondere, quo se ille expedire desiderat, liberare. Quid hoc rogo aliud est, quam morienti mortem addere, eiusq. animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cum Deus ad subueniendum

niendum paratissimus, inuitans ad paenitentiam sic promittat: Peccator in quacumq. die conuersus fuerit, peccata eius non reputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & viuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore paenitentiam denegarit. Et desperauit de clementia Dei, qui eum ad subueniendum morienti sufficere, vel momento posse non credidit. Perdidisset latro in cruce praemium ad Christi dexteram pendens, si illum vnius horae paenitentia nō iuuisset. Cum esset in poena paenituit, & per vnius sermonis promisionem habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuersio in vltimis positorum, mente potius est aestimanda, quam tempore, Propheta hoc taliter asserente: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cum ergo Dominus sit cordis inspector, quouis tempore non est deneganda paenitentia postulanti: cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Ezec. 18.
Ibidem.

Quod oporteat eum, qui pro illicitis ueniam poscit, etiam a multis licitis abstinere; et quod non oporteat eum tempore paenitentiae lucra negotiationis exercere. C. XXXIX.

IN decretis Leonis Papae c.xxii. scriptū est, quod oporteat eū qui pro illicitis veniam poscit, etiam a multis licitis abstinere. Aliud quidem est, debita iusta reposcere; aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam a licitis abstinere, dicente Apostolo: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Vnde si paenitentes habent causam, quam negligere forte non debeant, melius expedit eis ecclesiasticum, quam forense iudicium.

1. Cor. 6.

Item in eisdem decretis cap. xxiii. scriptum est, quod paenitenti nulla lucra negotiationis exercere conueniat. Qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit: quia est inhonestus quaestus, & turpis. Veruntamen paenitenti vtilius est dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi. Quia difficile est, interementis, vendentisque commercium, non interuenire peccatum.

Quod ad militiam saecularē post paenitentiam rediri non debeat. C. XL.

ITem in eisdem decretis c. xxiv. scriptum est, quod ad militem saecularem post paenitentiam redire nō debeat. Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post paenitentiae actionem redire ad

militiam saecularem; cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotijs saecularibus. Vnde non est liber a laqueis diaboli, qui se militiae mundanae uoluerit implicare.

EPILOGVS.

HAEC tibi sancte pater pauca capitula ex sanctorum Patrum concilijs colligere curaui, ut haberes in promptu ex eorum sententijs, quo iudicare possis rudes, & indomitos animos nouellae gentis, apud quam modo conuersaris: ut sciant, se impunite peccare non posse, sed paratam sententiam semper a uobis fore; orientia uitia peruersorum citius resecare; & humilibus, atq. digna satisfactione peccata sua plorantibus oportunum solamen consolationis conferre. Oportet enim, ut quia uestra sanctitas inter illos modo consistit, per praedicationem uerbi Dei, & custodiam uerae religionis omnibus sacrum studium uestrum innotescat: quatenus hic fructus boni laboris laudem uobis adquirat, & in futuro mercedem, & gloriam pariat sempiternam. Amen.

IN RABANI LIBRVM PAENITENTIVM NOTAE.

PRAEFATIO Othgario Archiepiscopo) *Hunc arbitror fuisse eiusdem sedis Archiepiscopum, cui Rabanus successit. Heribaldum vocant Iuo, & Gratian. & liber Tarracon. in locis mox citandis.*

CAP. I. In primis ergo visum est &c.) *Haec uerba referunt Iuo Carnoten. lib. 3. tit. 11. c. 20. Panor. & parte 6. c. 100. decr. & liber Tarracon. li. 6. c. 227. & Gratian. dist. 50. c. 34. de his. & Paeniten. Rom. tit. 8. c. 1. ex concilio Ilerdensi non recte.*

Pag. 5. vers. 3. in Nicaeno concilio cap. VIII.) *Caput nonum est Graecis, & in Corpore canonum.*

Vers. 4. Si quis presbyteri &c.) *Verba sunt Dionysii Exigui interpretis Graeci canonis noni Nicaeni, ut apparet ex Corpore canonum. Refert Burch. li. 2. c. 13. & Iuo parte 6. c. 33. decr. & Ansl. li. 8. c. 13. Ex alio interprete Gratian. distin. 81. c. 4. si qui sine. & ex Martini Bracar. c. 24. dist. 24. c. ult.*

Ver. 9. Item in Neocaesarien. concilio cap. IIX.) *Cap. ix. est Graecis, & in Corpore canonum.*

Ver. 10. Presbyter si praeoccupatus &c.) *Dionysii Exigui uerba sunt interpretis Graeci canonis noni Neocaesarien. ut constat ex Corpore canonum Refert Burch. li. 2. c. 49. Iuo lib. 3. tit. 11. cap. 19. Panor. & par. 6. c. 150. decr. & ex alio interprete Grat. 15. q. 8. c. 1. & ex Martino Bracar. c. 25. Bur. d. li. 2. c. 48. & Iuo d. tit. 11. c. 18. Panor. & d. par. 6. c. 149. decr. & Grat. d. q. 8. cap. 4. si quis presbyter.*

Ver. 18. cap. X. Simili modo &c.) *Dionysii uerba sunt interpretis c. 10. Neocaesar. in Corpore canonum. Ex alia interpretatione Gratia. d. c. 1. & ex Martino Burch. Iuo, & Grat. ubi supra.*

Ver. 22. in Apostolorum canone ita legitur: Episcopus, aut presbyter &c.) *Verba sunt Dionysii interpretis canonis xxv. Apostolorum Graeci, ut apparet ex Corpore canonum. Refert Ansel. lib. 11. c. 30. & ex alio interprete Burch. li. 2. c. 189. & Iuo par. 6. cap. 234. decr. ex Grat. dist. 81. c. 12. presbyter. Vide concil. Triburien. c. 11. & Burch. li. 6. c. 47. & Iuon. par. 10. c. 174. decr.*

Ver. 27. Item in eodem concilio cap. XXVIII. Si quis Episcopus &c.) *Dionysii uerba sunt interpretis canonis Apostolorum xxiix. Graecis,*

Graecis,xxxix.in Corpore canonum.Refert Bernar.Papien.c.1.de clerico excom.in 1.collect.Decretal.& Greg.9.c.1.eiusd.tit.

V.30. Accusationem autem &c.) *Rabani uerba sunt. Viden. Xyst. 2.epist.2.et Grat.2.q.7.c.19.accusatio.*

Pag.6.ver.6. in Africano concilio cap.xcvi.) *sic etiam est in corpore canonum.c.xxxx:est Graece Carthagin. concilii. & c.2. concilii Carthagin.7.in conciliis Latinis.*

V.7.Placuit, vt omnes &c.) *Refert Iuo parte 16.c.64.decr.et Gratian.4.q.1.c.1.in fine, & 4.q.6.c.2.*

Ver.13.denegatur in caussis proprijs, accusandi licentia deneganda est) *scribe, denegatur, in caussis propriis accusandi licentia denegenda non est.In Corpore canonum habetur, accusandi licentia non negandà: & in concil.non negandaest, habet Iuo. non deneganda.* *Grat* μὴ ὀφείλειν ἀφιέσθαι, *Tilianus liber.*

V.15. Item in eodem concilio cap. xcviii. Testes autem &c.) *sic etiam est in Corpore canonum, & in concilio Carthagin.7. ca.4. & in Carthagin.Graeco c.132. Refert Capitulare Caroli, & aliorum li.7.c.101.Burch.li.16.c.20 Iuo lib.4.tit.8.c.1.Panor.et par. 6.c.364.decr.& Grat.4.q.2.& 3.c.1.*

Ver.19. non admittatur) *non admittantur, Corp.canon.et alii.*

Ver.20 cap. xcvii. Placuit, vt quotiescumque &c.) *sic etiam est in Corpore canon.& in dicto concilio Carthagin. 7. cap.3. & in Carthagin.Graeco c.131.Refert Capitulare d. libro 7. c.100.& li. 1.c.45.Burch.li.2.c.198.Iuo li.4.tit.7.cap.12.Panorm.& par.6. cap.271.decret.& liber Caesaraug.lib.5.cap.61.& Gratian.3.q. 10.cap.1.*

Ver.24. De his autem &c.) *Rabani uerba sunt, quae inuenies in Paenit.Rom.tit.8.c.2.ut ex concilio Toletano.*

Ver.32. beatus Gregorius Papa in epistola &c.) *Exstat lib.7.registri epist.53.*

Pag.7.ver.2. Nam tua sanctitas inde &c.) *Refert Burch. li.19.cap. 43.Iuo li.3.tit.11.c.15.Panor.& par.6.cap.85.decr.& Grat.dist. 50.cap.16. quia sanctitas. Hoc pro inde, est in registro, et apud Iuon.in decr.inde, habet Burch.neutrum Panor.et Grat.et uetus registri liber.*

Ver.4. de hoc canones, diuersas te legisse, diuisasq. sententias) *de hoc canones diuersos legisse, et diuersas sententias inuenisse, editus liber registri.de hoc in canonibus diuersas te legisse, diuisasq. sententias, uetus liber aptius. de hoc canones diuersos te legisse, diuersasq.*

uersasq. sententias, Burchar. et Iuo de hoc canonum diuersorum te legisse diuersas sententias, Grat.

V.12. vt quem minorem maior praecedit, sicut honore est maior, ita sit in crimine) *ut sicut minorem maior praecedit in honore, ita et in crimine. registr. edit. ut qui minor est, maior ei praecedat, sed sicut honore, ita et crimine, uetus lib. ut quia minorem &c. Burchard. cetera, ut Raban. praecedit honore, ita sit in crimine, Iuo in Panorm. cetera ut regist. Idem in decret. ut Raban. praecedit honore, ita etiam crimine, Gratian. cetera ut registr.*

V.17. Post dignam enim &c.) *Augustin. apud Paleam cap. 24. dist. 50. Haec melius apud Burch. et Iuonem in decr. et Rabanum sunt, quam apud Grat. d.c. 16. et Iuo in Panor.*

P.8. v.2. castigare aliena) *sic etiam Bur. et Iuo in decr. curare aliena, regist.*

V.13. Apostolus dicat) *ad Rom. 8.*

V.18. ouem perditam nonagesimam nonam, non errantibus) *ouem perditam, nonaginta nouem non errantib. scribe.*

V.21. cur ista post poenam ad ecclesiae ministerium non reuocetur?) *cur post paenitentiam ad ecclesiae ministerium lapsus non reuocetur? regist. edit. post poenam, uetus liber. cur iste post paenitentiam ad ecclesiae ministerium non reuocetur? Burchard. cur lapsus post paenitentiam ad ministerium non reuocetur? Iuo in decret. lapsus non reuocetur; Gratian. cetera, ut Burchar. Addit solus Grat. sicut in Apocal. dicitur de ministro ecclesiae. Memento, unde excideris, et age paenitentiam, et prima opera fac. Apoc. 2. Haec inuenies in Isidori epist. de qua postea.*

V.24. timendo negare) *sic etiam Burch. et uetus registri liber. iureiurando negare, editus, et Iuo in Panorm. et Grat. negare, idem Iuo in decr.*

V.32. quia nullum peccantem reuersus despicit) *quia ille peccatorem reuersum non despicit, registr. edit. peccantem, uetus liber. Burchardus, ut Rabanus, et Iuo utrubiq.*

Pag. 9. ver. 2. Hinc etiam & beatus Augustinus ad Petrum &c.) *sic etiam Bur. d. lib. 19. d.c. 43. sed is liber creditur non esse B. Augustini, sed Fulgentij, haec autem uerba sunt c. 3. refert etiam Iuo parte 15. c. 57. decr.*

V.11. Si conuersus ingemueris &c.) *Si conuersus fueris, et ingemueris, Fulg. et B. et Iuo. Vide Esa. 30.*

V.14.

V.14. si peccanti) *si deprecanti, Fulg. & Bur. & Iuo.*

V.18. Matt.18.) *scribe, Matt.16.*

V 23. quia Deus sic per Prophetam dicit: Nolo mortem morientis tantum vt &c.) *quia Deus, sicut per Prophetam dicit, non uult mortem peccatoris, siue morientis, sed magis ut &c. Fulg. quantum ut, pro sed magis ut, Burch. & Iuo, cetera, ut Fulgen. Vide Ezec.33.*

V.32. vnumquemq. vestrum) *nostrum pro uestrum, Fulg. Burch. & Iuo.*

P.10.v.1. Ne tardaueris &c.) *Ecclef.5.*

V.7. cor malum, incredulitas) *cor malum incredulitatis, Fulg. Burchar. & Iuo.*

V.8. adhortemini) *adhortamini, Fulg. & alij.*

V.10. Obdurato igitur corde viuit) *uiuit corde; B. Obdurato ergo uiuit corde, Iuo. Obduratus igitur uiuit, Fulg.*

V.23. Nam de hoc Isidorus &c.) *sic etiam Burch. d.c. 43. & Iuo d.cap.57.*

V.24. Masionis Episcopi) *Massionis Episcopi, Bur. & Iuo. Massanum appellat Grat. dist. 50.c.28. domino. Masonem, 33.q.2.ca. 11. hoc ipsum, quod placet. Massonem. Bur. li.19.c.73. Massanum Iuo li.3.tit.11.c.17. Panor. Massionem, idem par.6 c.397. decret. Masonem, par.15.c.86. & liber Tarrac. li.3.c.84. Masonum, Ansel. li.8. c.37. & Caesaraug. li.8.c.69. Extat haec epist. Isidori ante librum sententiarum, siue de summo bono; in qua est editum, ad beatum Massenum, sed in ueteri est; Masoni Episcopo.*

V.25. Verum quod sequenter) *consequenter, est in ueteri libro pro sequenter. Apud Bur. & Iuonem est sequenter. & in edita epist. apud Ansel. & in libro Tarrac. consequenter.*

Vers.27. quod alibi legitur in lapsu corporali) *sic etiam Isido. & Burch. d.c.43. & 73. & Iuo d.c.397. & 57. & 86. At in ueteri libro, & apud Ansel, & in libro Tarrac. est. quod alibi legitur, id est, in canone Anquiritano, capitulo xix. post lapsum corporalem. & in Panor. Iuonis, uidelicet, quod in canone Anquiritano cap. xix. legitur post lapsum corporalem: sic etiam apud Grat. Vide Ancyr. c.20. Graece, Latinis quibusd. c.19. & Martin. Brac. c.77. Raba. c.3. huius libri.*

Pag.11.v.17. reuertimini ab iniquitate vestra) *sic etiam Burc. d. c. 43. reuertimini ad iniquitatem uestram; uetus liber, reuertimini ad antiquitatem uestram, Isid. in d. epist. & Iuo in Panor. & d.c.57. &*

Ans.

Anſ. & liber Tarra. tuam pro ueſtram, Grat. cetera, ut Iſid. vide Ezech. 6.

Ibid. Quando dixit, confundere, oſtendit poſt confeſsiones id eſſe peccati opus) *poſt confeſſionem id eſt peccati opus, uetus liber. Quod dixit, confundere, oſtendit poſt confeſſionis confuſionem, id eſt, poſt peccati opus, Iſidor. in epiſt. edita poſt confuſionem, id eſt, peccata, uetus liber. Quod dixit, confundere, oſtendit poſt confuſionis, id eſt, peccati opus, Burch. & Iuo d. c. 57. poſt confeſſionem; Iuo in Panor. cetera ut Bur. poſt confuſionem, Anſ. & Tarra. cetera, ut Bur.*

V. 19. debere quemquam) *debere quemque, malo, ut in quibuſd. libris eſt.*

V. 21. perpetrauerat) *perpetrauerit, uetus liber. perpetrauit, alius.*

Ibid. Deinde praecepit, vt portet ignominiam depoſitionis ſuae, lugens cum humilitate, quod peccauerat. Sic quoq. reuocari &c.) *In ueteri eſt. Deinde praecipit, ut poſt ignominiam, id eſt, deiectionem nominis, ſiue dignitatis, reuertatur ad antiquitatem. Ergo dum quiſq. poſt opus confuſionis ſuae confunditur, atque ignominiam portat, & depoſitionem ſuam luget cum humilitate, reuocari &c. In epiſt. edita. Deinde praecepit, ut portet ignominiam, id eſt, dehonorationem nominis ſuae dignitatis. Ergo dum quiſque poſt opera confuſionis ſuae confunditur, atque ignominiam depoſitionis ſuae lugens cum humilitate portauerit, reuocari &c. pro ſuae dignitatis, eſt in ueteri, ſiue dignitatis, cetera ut in edita. Sicque reuocari &c. Burchard. cetera, ut Raba. ſic etiam Iuo d. cap. 57. Deinde praecepit, ut poſt ignominiam, & deiectionem ſui nominis, ſiue dignitatis, reuertatur ad ſuam antiquitatem. Ergo dum quiſque poſt opus confuſionis ſuae confunditur, atque ignominiam portans, depoſitionem ſuam cum humilitate luget, reuocari &c. Iuo in Panormit. Deinde praecepit, ut poſt &c. Anſelm. cetera, ut in primo ueteri quiſquam pro quiſq. Tarrac. cetera, ut in eod. ueteri. opus confeſſionis, Grat. pro opus confuſionis, cetera, ut Panor.*

Ver. 29. In Angelo &c.) *Refert Burch. li. 19. c. 81. & Iuo parte 15 c. 94. decret.*

V. 31. cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de ore eius, quia Angelus Domini eſt) *ex pro de, uetus liber, in quo additur uox exercituum, ante uerbum eſt. requirunt ex ore, habet Iſidor. in edita epiſt. cuſtodiunt ſapientiam, & legem exquirunt ex ore*

uetus epist. exquirent ex ore, habet Bur. & exercituum est. requirunt ex ore, Iuo d.c.94. & exercituum est. In libro Tarracon. ut in primo ueteri.

Pag. 12. v. 9. iustitiae claritate fulgebat) *luce iustitiae, & caritatis fulgebat, uetus epist.*

V. 18. si praeuenerit paenitentia, delicti utiq. sequitur & uenia) *si praeuenerit paenitentia delicti, utiq. sequitur & reparatio meritorum, uetus liber. si praeuenit paenitentia delicti, utiq. sequitur reparatio meriti, Isid. in epist. edita praeuenerit, uetus, & sequetur. meriti pro merito r. Ansel. cetera, ut prior uetus. sic etiam liber Tarrat.*

Vers. 22. Nam & ipsum, quod canonum censura &c.) *Refert Burchar. li. 19. c. 82. & Iuo par. 6. c. 398. & par. 15. c. 95. decr.*

V. 26. ob detractiones) *obtrectationib. uetus liber. & Tarrac. obtrectationis, Isid. in epist. & Bur. & Iuo d.c. 95. & Ans. detractionis, Iuo d.c. 398. & Grat.*

V. 30. in castra admitti) *sic etiam Grat. in castris admitti, uetus liber, & epist. Isidori. & Ans. & Tarr. castris reuerti, Burch. & Iuo d.c. 95. intra castra admitti, Iuo d.c. 398.*

V. 32. cogitationum) *sic Iuo d.c. 398. & Grat. corruptionum, uetus liber, & Isid. in epist. & Burchard. & Iuo d. cap. 95. & Ansel. & Tarr.*

Pag. 13. v. 1. contagijs maculatur) *sic etiam Isid. & Ans. & Tarr. maculatur contagijs. Grat. maculatur errorib. Bur. & Iuo d.c. 95. illecebris maculatur, d.c. 398. & in marg. contagiis.*

Vers. 4. Ecce in quantum ualuimus, concilij antiquam plane, & plenam auctoritate sententiam) *ualui, concilii Anquiritani antiquam &c. uetus liber, & Iuo in Panor. & Ans. & Tarr. ualui concilio, antiquam &c. Isid. in epist. antiquam ualui, concilii Anquiritani plene auctoritatem, uetus. Ancyritani, Gratian. d. cap. 28. & plenam auctoritatem, cetera, ut prior uetus. Verba Ancyrani concilii, quae suspicor Isidorum uidisse, sunt haec. Si quis adulterium commiserit, septem annis in paenitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus. Vid. c. 3. Rabani.*

Ver. 6. ostendens eum posse restaurari proprio honore) *in proprio ordine, uetus liber, & Iuo in Panor. & Ans. & Tarr. in proprio gradu, Grat. ostendens eum proprio honori posse restaurari, Isid. in epist.*

V. 8. eum vero non posse restaurari, qui nec luget, quae egit, &

lugen

lugēda sine vllo pudore religionis, vel timore iudicij diuini committit) *qui uero nec luget, quae gessit, sed lugenda &c. diuini iudicii committit; cum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari, uetus liber, & Anselm. & Tarrac. gessit pro egit, Isido. in epist. cetera, ut Raban. qui uero negligit, nec luget, quae gessit, nec lugenda & c. committit; cum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurare cognoscas. Iuo in Panormit. & lugenda & c. diuini iudicii committit & c. restaurari cognoscas, Gratian. cetera, ut Iuo.*

V. 11. epistolae) *huius, addit uetus lib. & Isid. in epist. & Iuo in Panor. huius epistolae, Ans. & Tarr. & Grat.*

Ver. 13. illius magis teneatur sententia, cuius antiquior, & potior extitit auctoritas) *illa quippe teneatur opinio, cuius antiquior, aut potior extat auctoritas. uetus liber: illius concilii magis teneatur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat auctoritas. Data prid. Kal. Mart. anno tertio Vuiterici Regis. Isid. in epist. cuius antiquior, aut potior existat auctoritas. Iuo in Panor. cetera, ut Isid. exceptis Data & c. extat pro extitit, Iuo d. par. 6. cap. 398. cetera ut Raban. illius concilii teneatur sententia, cuius antiquior, aut potior extat auctoritas. Ans. maius teneatur, Tarr. cetera, ut Ans. illius concilii sententia magis teneatur & c. & potior & c. Grat. cetera ut Ans.*

Ver. 15. In concilio igitur Ilerdensi cap. v. de his, qui altario &c.) *Rabani uerba sunt. uox igitur superuacanea est. pro de his qui, scribe, Hi qui; ex conciliis: & post uocem altario, addo Dei. Refert Burc. li. 19. c. 74. & Iuo par. 15. c. 87. decr. & Grat. dist. 50. ca. 51. hi qui. & 15. q. 8. c. 2.*

V. 16. carnis) *in flenda carnis, concil. flenda carnis, Burchard. & Iuo.*

V. 23. reuersi fuerint) *& ueluti sues in uolutabris luti iacuerint, additur in concil. immersi pro luti, habet Bur. & Iuo. Vide Prou. 26. & 2. Pet. 2.*

V. 26. Item in concilio Carthagin. cap. xxvIII.) *sumitur ex Corpore canonum. idem numerus est in concil. Graecis. at in Latinis est c. ij. concilii Carthag. 5. Refert Capitulare Caroli, & Ludouici lib. 5. c. 66. Burch. li. 19. c. 72. Iuo par. 15. c. 85. decr. Ansel. li. 11. cap. 29. & Grat. dist. 50. c. 64. confirmandum.*

V. 32. paenitentib. laicis) *paenitentib. uel tamquam fidelibus laicis, Corp. can. & concil. & Bur. & alii.*

catoris in Colonien. cap. xx.

V.20. Ne quisquam &c.) *Nec se quisquam amissae uxoris sorori audeat sociare. concil.*

Ver.22. Ilerden. cap. IV.) *Exstat in concil. & refert concil. Colon. sub Carolo 3 c.6 & Burch. li.7. c.3. & Grat. 35. q.2. c.9. de his.*

V.26. permittantur) *admittantur, concil. Ilerd. & Colon. & Burc. & Grat.*

V.28. Ancyrano concilio cap. XXIV.) *Ex interpretatione Dionysii Exigui, ut constat ex Corp. canonum. Graecis est caput XXV.*

P.15. v.2. iussi sunt suscipere gradus) *iussi sunt suscipi secundum gradus, Corp. can. sic etiam est Graece.*

V.3. Neocaesarien. concil. cap. II.) *Dionysii etiam interpretis uerba sunt in Corp. canonum, & in concilio Triburien. cap. 44. Refert etiam Bur. li.17. c.1. & Iuo par.9. c.67. decr. & Anselm. li.11. c.95. Viden. Mart. Brac. c.80. de quo postea.*

V.9. consequatur) *& communio ei concedatur, addit Iuo.*

V.10. permanenti) *Episcopus uero potestatem habeat, secundum conuersationem ipsius, aut adijcere negligenti, aut minuere paenitenti. Tamē ulterius continēs, et a uiro disiuncta permaneat, addit Tribur.*

V.12. in Elibertano concilio cap. LXI.) *Exstat in concil. Sunt, qui putent, Eliberritanum scribendum esse. Et apud Rabanum semper est Heliberritanum, in ueteri editione. Est autem in Baetica, non in Gallia Narbonensi habita haec synodus.*

V.18. in concilio Martini Episcopi cap. LXXVIII.) *Exstat in collectione Martini Episcopi Bracaren. ex synodis Orientis cap. 80. Refert Burch. lib.17. c.2. & Iuo par.9. c.68. decr. Sumitur ex cap. 2. Neocaesar. concilij, de quo supra.*

V.20. duxerit) *habuerit, concil. duxerit, Bur. & Iuo.*

V.21. pro misericordia) *non sunt in conc. habet Bur. & Iuo. qui habent, viaticum accipiant, pro illis, eis communio detur.*

V.25. in canone Apostolorum cap. XIX.) *Ex Dionysii interpretatione in Corpore canon. idem numerus est in Graecis concilijs.*

CAP. III. de his, qui adulterium committunt.

Pag.16. v.1. in Ancyrano concilio cap. XVIII.) *Cap. xix. est in Corpo. can. & uerba sunt Dionysii interpretis. Graecis est cap. 20. & in collectione Isidori Mercatoris. Viden. Martin. Brac. c.77. & quae dicta sunt cap. 1. Rabani ex Isidoro.*

V.3. paenitentiam agentem, oportet eum persequi) *paenitenti, oportet eum perfectionem consequi, Corp. can. perfectioni reddatur Isidor.*

Isidor. Mercat. δοκεῖ αὐτὸν τὸ τελείου τυχεῖν. *Isidorus in epist. ad Masonem de clericis lapsis, ut restituantur peracta paenitentia putat canonem censuisse. Ego mentionem clericorum nullam uideo.*

V.4. secundum pristinos gradus) κατὰ δὲ τοὺς βαθμοὺς δοῦν περάγοντας. *gradus paenitentiae interpretor, non ordinem, aut dignitatem. Vid. Gregor. Thaumat. Vt perinde sit, ac si diceret, per gradus ad plenam communionem perueniat. sic p. 21. eiusd. concilij,* κατὰ δὲ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους πληρῶσθαι, *ut in ueteri libro est, & Tribur. ca. 54. Adde cap. 23. eiusd. Ancyr.*

V.6. in Africano concilio cap. lxix.) *sic est in Corpor. canon. in concilio Mileuit. c. 17. In Carthagin. Graeco c. 105. Refert Bur. li. 9. ca. 64. & Iuo parte 8. c. 200. decr. & Ansel. li. 10. c. 15. & Grat. 32. q. 7. c. 5. placuit.*

V.10 vt ita maneant) *sed pro ut, Corp. can. & concil. & Burch. & alij* ἀλλ᾽ εἰ, *sed aut, Graece.*

V.13. in decretis Innocentij Papae cap. xxiv.) *sic est in Corpore canon. At in concilijs epist. 3. c. 4. ad Exuper. Tolosan. Episcopum. Refert Gratia. 32. q. 5. c. ult.*

V.28. in eiusdem decretis cap. xxvii.) *scribe xxvi. ut est in Corpo. cano. ex ead. epist. 3. c. 6. in concil.*

Pag. 17. v. 3. in tantum etiam, vt haec) *in tantum, ut etiam hae, Corp. can. & conc.*

Ver. 8. a communione) *fidelium, addit Corp. can. & conc.*

Ver. 12. Eliberitano cap. ix.) *sic est in concil. Refert Bur. lib. 9. cap. 63. Iuo par. 8. cap. 199. decr. Ansel. li. 11. c. 92. & Grat. 32. q. 7. ca. 8. fidelis.*

V.16. nisi quem) *quamuis, quem, conc. & Bur. & alij.*

CAP. IV de his, qui moechantur.

Elibertano cap. xxx) *Est in concil. cum aliqua uarietate.*

V.22. eo quod per subreptionem ad altiorem gradum promouebantur) *eo quod post modum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promouendus. concil.*

V.25. in eodem concilio cap. xxxi.) *sic est in concil.*

V.30. in eodem concilio cap. xlii.) *In concilijs est cap. xlvij.*

Pag. 18. ver. 5. in eodem concil io cap. xiii.) *sic est in concil. Refert synodus Colonien. sub Carolo 3. c. 6. & Magun. 3. sub Arnulfo c. ult. & Grat. 27. q. 1. c. 25. uirgines.*

V.8. quid admiserint) *quid amiserint, concil. Elib. & Colon. & Magun. & Grat.*

Ibid.

Ibid. nec in finem) *nec in fine, conc. Elib. & Colon. & Magun. & Grat.*

V. 9. Quod si semel persuasu suo &c.) *Quod si semetipsas paenituerint, quod infirmitate corporis lapsae fuerint, & toto tempore &c. concil. & in marg. persuaserunt pro paenituerint. In ueteri libro est. Quod si semel persuasae, aut infirmi corporis lapsu uitiatae toto temp. &c. quod etiam est in Colon. synodo. Quod si semel persuasae, ad infirmi corporis uitia lapsae, toto tempore etc. Magun. & in marg. lapsu uitiatae. Quod si sibimet persuaserint, quod infirmitate corporis lapsae fuerint, & toto tempore &c. Grat.*

V. 12. vt abstineant) *sic Colon. & Magun. & abstinuerint, Elib. & a coitu se abstinuerint, Grat.*

Ibid. placuit eas in finem) *sic etiam Colon. eo quod lapsae potius uideantur, placuit eas in fine, Elib. fine pro finem, Magun. cetera ut Raba. item Grat.*

V. 14. in eodem concilio cap. xiv.) *sic etiam est in conc.*

V. 22. in Ancyrano concilio cap. xviii.) *Dionysii Exigui uerba sunt, ut constat ex Corp. canon. Graecis est caput 19. Refert Iuo parte 6. c. 351. decr. & Tarrac. li. 1. c. 110. & Grat. 27. q. 1. ca. 24. quotquot.*

CAP. V. de his, qui sacris virginib. se sociant &c.

Item in decretis Gelasij Papae cap. 20) *sic etiam est in Corpore canon. & in concil. Triburien. c. 23. ex epist. 1. ad Episcopos Lucaniae cap. 22. in concil.*

incesta committunt) *incesta commiscent, Corp. can.*

Pag. 19 v. 4. quas protinus) *quos pro quas, Corp. can. & conc.*

V. 7. aut his certe) *sic est in marg. Corp. can. sed tamen his, in contextu. sed his certe, concil.*

Ver. 9. in decretis Innocentij Papae cap. xx.) *sic est in Corp. canon. ex epist. 2. c. ult. ad Victoricum Rotomagen. Episcopum, in concil. Refert concil. Turon. 2. c. 21. Burch. li. 8. c. 12. & Iuo par. 7. ca. 18. decr. & Grat. 27. q. 1. c. 2. p. hae uero. & c. 9. hae uero.*

V. 17. pepigit, quomodo solui sine vindicta poterit?) *pepigerunt, solui sine uindicta non poterit, Corp. can. & concil. & Iuo. non potest, Turon. cetera, ut Corp. can. pepigit, solui sine uindicta non poterit, Grat. d. c. 2. non debet, idem c. 9.*

V. 21. fidem frangere sunt conatae?) *sic etiam Corp. can. & Bur. fidem minime seruauerunt, Innoc. in concil. & Grat. d. c. 9.*

CAP. VI. de his, qui irrationabiliter fornicantur.

In con-

ut Raba.& Iuo d.c.21. & d.c.139.& 74.& Ans. & Caes. ministerium, Grat.cetera ut Raba.

V.27. cuiuslibet loci clericus) *sic etiam concil.& Ans. & Grat.& Corp.can.sed in marg.laicus.si quis, Trib.laicus, Burc. & Iuo in Panor.& in decr.*

P.22.v.1. paterno) *sic conc.& Grat.quia paterno, Corp. canon. & Bur.& Iuo in Pan.& in decr.*

V.2. habeantur *) habebantur,Corp.can.& conc.& B.& Iuo in decr. & Grat.habeantur, Iuo in Panor.*

V.5. in eiusdem decretis cap.xx.) *cap.xix.est in Corpore canonum, ex d.epist.90.c.5.in concil.Refert Grat.32.q.2.c.11.ancillam.*

V.9. Culpanda sit) *sic Grat.est pro sit, Corp.can.& conc.*

V.12. Nemo enim &c.) *Refert Grat.de paenit.dist.7.c.1.*

V.14. in matrimonio videtur esse *) haec non sunt in Corp.can. neq. in conci.neq. apud Grat.& aliena sunt.*

CAP. IX. de eo, qui vxorem capti sortitus est in matrimonio.

Item in decretis Leonis Papae cap.xliii.) *sic etiam est in Corpore canon.ex epist.77.cap.2.ad Nicetam Aquileien. Episcopum in concil.Refert Burc.li.9.c.56.& Iuo li.6.tit.6.c.2.Panor.& par.8.ca. 191.& 244.decr.& Ansel.li.10.c.22.& Caesaraug.li.10.ca.67. & Tarrac.li.4.c.49.*

CAP. X de illo, qui concubinam super vxorem habet.

In Toletano concilio cap.vii.) *cap.xvii. Toletani primi est in conciliis.Refert Iuo li.6.tit.3.c.6.Panor.& parte 8.cap.64.decret. & Grat.dist.34.c.4.is qui.*

CAP. XI. de parricidio, & his, qui partus suos necant.

Pag.23. ver. vlt. in Ancyrano concilio cap.xx.) *sic est in Corpore canon.ex Dionysii interpretatione.c.21.est Graecis. Refert Bur.li. 17.c.54.Iuo parte 8.c.314.& parte 10.c.181.decr.Ansel.li.11. c.40.liber Tarrac.li.5.c.32.& Paenit.Rom.tit.1.ca. 28.Vidend. Martin.Brac.c.78.Magunt. sub Raba.c.21.*

P.24.v.1. qui partus) *sic est in Corp.can.quae pro qui, malo.*

V.8. in concilio Eliberitano cap.lxiii.) *sic est in concil.Refert concil.Magun.sub Raba.c.21.Burc.li.17.c.51.& Iuo parte 9.c.102. decret.*

V.11. vix in fine *) nec in fine, concil. sed Magun. & Burch.& Iuo ut Raban.*

V.13. in concilio Ilerdensi cap. 11.) *sic etiam est in concil. Refert*

conc.Magun.d.c.21.Burc.li.17.c.52.& li.19.p.277.& Iuo par. 10.c.182.decr.& Ansel.li.11.c.56.

V.15. factos) *fetus, concil.& Iuo. factos, Bur.& Ans.*

V.19. insistant) *adduntur alia in conciliis, & apud Anselm.non contemnenda.*

CAP. XII. de homicidijs voluntarie commissis.

In concilio Neocaesariensi cap.XXI.) *sic etiam Magun. sub Raba. c.22.Ancyrano pro Neocaesariensi scribendum ex Corpore canonum, & ex concilio Triburien.c.54.Est autem interpretatio Dionysii Exigui.Refert Burch.li.6.c.13.& Iuo par.10.c.142.decr.& Ansel.li.11.c.46.Viden.Martin.Bracar.c.79.Epaun.31.Tribur.c.52.& 55.Trosle.c.13.*

CAP. XIII. de homicidijs, & falsis testib.

Item in concilio Agathensi ca.XXXIV.) *XXXVII.est in conc. Ead.uerb. sunt in conc.Venetic.c.1.& Trosle c.13.Refert conc.Magun.d.c.22. B.lib.6.c.29.& Iuo par.10.c.38.& 158.decr.& Grat.24.q.3.c.20.itaque.*

CAP. XIV. de his, qui seruos suos extra iudicem necant &c.

Item in concilio Agathensi cap.LXII.) *sic etiam in concil.Refert concil.Magun.d.c.22.Burch.lib 6.c.18.Iuo par.10.c.147.decret.& Ansel.li.11.cap.55.Vide conc.Vormac.c.38.*

Pag 25.v.5 iudicis) *sic etiam concil.iudicum, qui tale quid commiserit, quod morte sit dignum, Vorm.uel iudicio iuditis, Burch.& Iuo, & Ans.*

Ibid. excommunicatione &c.) *sic etiam Vorm.ut homicidium sponte commissum, lugeat, Burc.& Iuo, & Ansel.*

V.8. in concilio Eliberitano cap.V.) *sic est in concilijs, & in concilio Vormacien.c.39.& Magun.sub Raba.c.22.Refert Burch. li.6. c.19.Iuo parte 10.c.22.& 148.decr..Ansel.li.11.c.35.Paenit. Roma.tit.1.c.4.& Grat.dist.50.c.43.si qua.*

V.12. occiderit) *sic Elib.& Mag.& Burc.& alii.acciderit, Vormac.*

CAP. XV. de homicidijs non sponte commissis &c.

In concilio Neocaesariensi cap.XXII.) *scribendum Ancirano. Sunt autem verba Dionysii interpretis in Corpore canonum. Refert concil. Triburien.c.52.& Magun.sub Raba.c.23.& Burc.li.6.c.15. Iuo par.10.ca.25.& 144.decr.& Anselm.lib.11.cap.47. ex alio interprete Gratia.distin.50.cap.42.eos.Vidend. Martin. Bracard. cap.79.*

V.24. explere) *plura uerba sunt in Corp.can. & in Triburien. quae Graeca*

Graeca non habemus. neq. in conc. Magun. neq. apud Burc. sunt, neq. apud Iuo. neq. Ans. neq. Grat. neq. Martin.

Ver. 25. Quod autem quidam &c.) *Rabani uerba sunt.*

CAP. XVI. de administrationibus & his, qui preces criminales dictant.

P. 28. v. 1. in decretis Innocentij Papae cap. XXIII.) *sic etiam est in Corpore canonum, ex epist. 3. ad Exuperium Tolosan. Episcopum c. 3. in concil. Refert Burch. li. 6. c. 44 & Iuo par. 10. cap. 94. decr. & Ansel. li. 13. c. 14. & Tarrac. lib. 6. c. 31. & Grat. 23. q. 4. c. 45. quaesitum.*

V. 6. Meminerant &c. *) Rom. 13.*

V 8. promissum *) permissum Corp. can. & conc. & B. & alii.*

Ibid. vindicem in huiusmodi) *in huiusmodi uindictam, Corp. cano. uindicem, in marg. uindicem pro uindictam, conc. & Bur. & alii. uindices, Grat.*

V. 10. viderunt) *uiderent, Corp. can. & conc. & Burch. & alii. uidetur, Grat.*

V. 11. habemus) *habeamus, conc. & Iuo, & Tarra. & Grat.*

V. 13. Ipsi) *Ipsis, Corp. can. & conc. & Burch. & alii.*

V. 14. seruabunt) *seruabuntur, Corp. can. & conc. & Bur. & alij.*

Ver. 15. in eiusdem decretis cap. XXX.) *cap. XXV. in Corpore canon. ex d. epist. 3. c. 5. in concil. Refert Gratian. d. q. 4. c. 46. illud.*

V. 18. concedatur. Vtiq. propter *) concedatur, utiq. post, Corpo. can. & Grat. concedatur. Vtiq. post, conc.*

V. 21. Et tum legum &c. *) Refert Iuo par. 10. c. 94. in fine decr.*

CAP. XVII. de populi necessario commissu.) *Vox necessario, non placet.*

idem papa quibusdam Episcopis de Macedonia &c.) *Est in Corpore canon. cap. 56. ex epist. 22. c. 6. in concil. Refert Grat. 1. q. 7. c. 14. quotiens.*

Ver. vlt. mansisse *) transisse, Corp. can. & conc.*

P. 29. v. 1. non posse praesumere) *sic etiam Corp. canon. non praesumere, conc.*

V. 6. Non enim hic &c. *) Rabani uerba sunt.*

CAP. XIIX. de furto.

in concilio Agathensi cap. v. *) sic est in concil. Refert Grat. 13. q. 2. c. 11. clerici. in fine.*

peregrina ei communio tribuatur) *hoc est, inter peregrinos communionem accipiat, non inter clericos eiusdem ecclesiae. Vide Agath. c.*

2.*& Regien.c.3.& Herden.c.16.sic laica communio est inter laicos data. Apost.c.15.Eliber.c.76 & Agathen.c.50. Aurel.c. 6. Aurel.3.c.2.Syric.ep.1.c.11.Innoc.ep.22.c.4. Pelag.2. epist.2. Felix 3.in syn.Rom.c.2.Hadr.2.in syn.Rom.c.2.& in epist.lecta in syn. 8.C P. act 7.Basil.ad Amphilo.c.32.*

V.16. in eodem concilio cap xxvi.) *sic etiam in concil.Refert Bur. li.3.c.183.Iuo par.3.c.156.decret.Ansel.li.5.c.76. Caesaraug.li. 7.c.99.& Grat.12.q.2.c 33.si quis.& cap.40.si quis.*

V.20. per abstinentiam) *per absentiam, conc.& Bur.& alij.*

CAP. XIX. de coniuratione, vel conspiratione.

in concilio Chalcedonensi cap.xiv.) *cap. xiix. est in Corpore canon. ex interpretatione Dionysii.Refert concil.Tullense post epist.synodi, & Grat.11.q.1.c.22.conspirationum.ex alio interpret.*

Si qui ergo clerici &c.) *Refert Bur.li.10.c.68.& Iuo par.12.cap. 87.decr.& Ansel.li.8.c.16.& Paeniten.Rom.ti.6.c.18.& Grat. 12.q.1.c.24.si qui.*

CAP. XX. de his, qui sacramento se obligant, ne ad pacem redeant.

in concilio Ilerdensi cap.vii.) *sic est in concil.Refert Burch.li.12. c.17.& Iuo par.12.c.74.decr.& Grat.22.q.4.c.11.qui sacramento.Vide Trosle.c.11.Paenit.Rom.tit.2.c.11.*

vt litiget) *ut litigans, conc.& Grat.*

Ad caritatem &c.) *1.Pet.4.b.*

CAP. XXI. de his, qui noxia iuramenta conficiunt &c.

in Toletana synodo cap. 11.) *Toletana octaua capite secundo, ex concil.Refert Bur.li.12.c.29.& Iuo par.12.c.16.& 84. decr.& li.8.tit.8.c.30.Panor.Caesaraug.li.6.c.13.& Grat.dist.23.c.1.*

P.30.v.20. vt proximis impia crudelitate noceamus) *sic etiam Burchar.& pro ut, & nocemus pro noceamus, concil.& Iuo d.c.16. & 84.& in Panor.& Caes.& Grat.*

V.21. mortis gladio) *sic etiam Bur.& Iuo d.c.16.& 84.& in Pan. & Caes.& Grat.gladio, conc.*

V.23.. vt eo) *ut hac, conc.Bur.ut Raba.& Iuo d.c.84.*

V.24. quo) *qua, conc.quo, Bur.& Iuo.*

Ver. vlt miserandi) *sic Bur.miserendi, conc.& Iuo.*

P.31.v.2. ita sit, quatenus) *sit aliquatenus, conc. ita sit, Burch. & Iuo.*

V.3. vt nusquam) *& pro ut, conc.ut, Bur.ut & nusquam, Iuo.*

V.6. quia) *quaecumq. conc.que, Bur.ceterum, Iuo.*

Ibid.

Ibid. vel constitutione) *& contestatione, conc. Burchar. ut Raban. & Iuo.*

V.8. extiterunt) *extiterint, conc. & Bur. & Iuo.*

V.14. Patrum) *Patrum asserta, conc. Patrum, Burc. & Iuo.*

V.15. innectenda) *adduntur alia in conc. ea non habent Bur. & Iuo. habet Grat. 22. q. 4. c. 9. incommutabilis.*

V.20. per Ezechielem) *Ezech. 33. c.*

V.29. Nineuitarum) *Niniuitarum.*

V.30. sedatur) *adduntur alia in concil. ex Ambrosio lib. 1. de officiis c. 50. non sunt apud Bur. & Iuon.*

V.31. Ambrosius in libro tertio de officijs cap. XII.) *refert Iuo par. 12. c. 17. decr. Caesar. li. 6. c. 14. & Gratia. 22. q. 4. cap. 8. unusquisque.*

P.32. v. 3. inducat) *sic Bur. & Iuo, & Caes. & Grat. seducat, concil.*

V.5. Saepe pleriq. &c.) *Iuo li. 8. tit. 8. c. 16. Panor.*

V.7. sacramentum, tamen) *sacramenti tamen, conc. & Iuo d. ca. 17. & Caes. & Grat. d. c. 16. & ius sacramenti, tamen, Bur.*

V.12. de Iephthe) *Iudic. 11. fig.*

V.14. non vouere) *quam uouere, additur in conc. & apud Gratia. non habet Burch.*

V.16. Non semper &c) *Grat. 22. q. 4. c. 12. non semper.*

V.19 acutus: Inueniendi aditus patet) *Mendosus locus ex conciliis sanandus, item ex Burchard. laudatur principio B. Augustinus: uestigationis acumine cautus, inueniendi arte praecipuus et c. mox eius uerba ponuntur. Duo sunt omnino genera mendaciorum & c. postea ex libris moralib. B. Gregorii referuntur illa; Quia ergo Beemoth & c. Nerui testiculorum & c. ut apud Gratian. dist. 13. c. 2. Postea additur: Vt cum mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato aditus euadendi patet, & c. inuestigationis acumine acutus, habet Burch. qui uerbor. Gregorii initium facit ab illis: Cum mens & c. euadendi aditus patet.*

V.22. Hinc & Isidorus ait) *sic etiam Burc. d. c. 29. in libro sententiar. secundo, additur in concil. ubi laudes Isidori scriptae sunt. Vide lib. 2. c. 31. senten. de summo bono. Refert Burch. lib 12. ca. 10. & Iuo li. 8. tit. 8. c. 25. p. 1. Panor. & par. 12. c. 36. & 67. decr. & Gra. 22. q. 4 c. 13. non est.*

V.24. synonymis) *Refert Iuo d. par. 12. c. 12. & Caesaraug. lib. 6. c. 11. & Grat. c. 5. in malis d. q. 4.*

Ver. 27.

Ver.27. Vnde necesse est &c.) *Rabani uerba sunt, quae habet etiam Bur.d.c.29.& c.7.li.e.12.& Iuo par.12.c.64. decr. & Grat.d.q. 4.c.14.& 15.*

V.29. in vano) *in uanum, Bur.& Iuo, & Grat.*

V.31. in Leuitico) *Leuit.19.*

CAP. XXII. de his, qui ad ecclesiae patrocinium confugiunt &c.

in concilio Arausico cap.v.) *sic etiam est in concil. Refert Burch. li. 3.c.195.& Iuo par.3.c.112.decr.& Grat.dist.87.c.6.eos.*

P.33. v. 10. in concilio Aurelianensi cap. 1.) *sic est apud Isidor. Mercatorem.cap.3.in Colonien.editione.Refert Bur.li.3.c.190.& Iuo par.3.c.107.decr.& Grat.17.q.4.c.36.id constituimus.*

V.14. eos abstrahere) *reos pro eos, conc. uel a claustro, quia haec pro emunitate habentur, eos abstrahi, Bur.immunitate, Iuo, & abstrahere, cetera, ut Bur.& Grat.& Raban.*

V.15. altari) *alteri consignare, conc.& Iuo, ut Grat. & alteri consignari, Bur.*

V.22. sibi intentione) *intentione, conc. Bur. ut Raban. & Iuo, & Gratian.*

V.25. in eodem concilio cap.11.) *sic etiam Isidor. Mercat.c.4.Colon.Refert Burc.li.3.c.191.& Iuo lib.2.tit.7.c.1.Panor.& par.3. c.108.decr.Ansel.li.10.c.57.Caesaraug.lib.10.c.88.& lib.15.ca. 69.& Grat.36.q.1.c.3.de raptorib.*

V.28. conuenerit) *confugerit, conc.& Bur.et alii.*

V. vlt. ad seruiendum) *aut seruiendi conditioni, conc.& Caesar.d. cap.69.liberam habeat eundi facultatem. Si uero parentes mulieris ecclesiasticis uiris obedire noluerint, excommunicentur.Bur. et Iuo in Pan.et in decr.aut ad seruiendum, Ans.et Grat. aut seruiti; Caes.d.c.88.*

P.34 v.5. in eodem concilio cap. III.) *sic etiam in collect. Isidor. Merc.c.5.Colon.edit.Refert Bur.d.lib.3.c.192.et Iuo li. 2.tit.8.c. 2.Panor.et d.par.3.c.109.decr.et Grat. 17.q.4.cap. 36.id constituimus.*

V.7. om issa culpa) *pro admissa culpa, conc.et Grat. pro commissa culpa, Bur.et Iue.*

V.13. sicut superius comprehensum est) *his carent concilia. et Grat.Bur.ut Raba.et Iuo.*

CAP. XXIII. de his, qui diuinationes expetunt &c.

In Ancyrano concilio cap.xxiv.) *cap. xxiii. in Corpore canon. ex interpre-*

interpretatione Dionysii Exigui. caput 24. est Graecis. Refert Burchar. lib. 10. c. 5. Iuo lib. 8. tit. 5. cap. 2. Panor. et parte 11. c. 2. decr. Paeniten. Roman. tit. 6. c. 1. et Grat. 26. q. 5. c. 2. qui diuinationes. Vidend. Martin. Bracard. cap. 71. Et concil. Trosle c. 15. et Leo 4. in epist. ad Episcopos Britanniae c. 4. et Capitul. lib. 7. c. 21. in addit. 1.

V. 24. secundum gradus paenitentiae definitos) *apertius haec Graeci scribunt; qui triennio subiectos esse definiunt, biennio in oratione sine oblatione. Vide Gregor. Thaumatur.* κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς ὡρισμένους, τρία ἔτη ὑποπίπτοντας, καὶ δύο ἔτη δ' εὐχῆς χωρὶς προσφορᾶς. *Vide supra c. 3.*

V. 26. In concilio Laodicensi cap. XXXVI.) *sic etiam est in Corp. canon. ex Dionysii interpretatione. Refert Iuo li. 8. tit. 5. c. 3. Panor. et par. 11. c. 3. decret. Grat. 26. q. 5. cap. 4. non oportet. Viden. Martin. Brac. c. 60. et concil. Agathen. c. 68. et Capitul. li. 1. c. 21.*

P. 35. v. 1. In concilio Agathensi &c. cap. XLII.) *sic est in conc. Refert Bur. li. 10. c. 27. et Iuo lib. 8. tit. 6. c. 1. Panor. et par. 11. c. 4. decret. et Grat. d. q. 5. c. 6. aliquanti. Vide conc. Venet. c. 16.*

Ibid. de sortilegiis) *de sortilegis, conc. aptius.*

V. 3. Ne de eo) *Ac ne id, conc. Agath. At ne fortaße id, Venet. Nec illud est praetereundum, Bur.*

V. 6. qua Sanctorum sortes) *per eas, quas Sanctorum sortes uocant, con. Agath et Iuo in Panor. et in decr. et Grat. per eas, non est in Venet. cetera ut in Agath. quam sortes Sanctorum uocant, Bur.*

V. 7. aut quarumcumq) *scripturarum, addunt conc. Agath. et Venet. et Burc. et alii.*

V. 10. In concilio Toletanensi cap. XXIX.) *Toletano 4. cap. 28. in concil. Refert Bur. li. 10. c. 48. et Iuo li. 3. tit. 15. c. 3. et li. 8. tit. 5. c. 4. Panor. et par. 11. c. 5. et 73. decr. et Ansel. li. 11. c. 122. et Grat. d. q. 5. c. 5. si quis,*

V. 12. aut ariolos) *sic etiam Bur. et Ansel. aut certe augures, addunt concilia, et Iuo, et Grat.*

Ver. 13. artem aliquam curiosam) *artem magicam, conc. et Iuo, et Grat. uox curiosam, omittitur a Bur.*

V. 14. aut aliquis eorum similia exercentes consulens) *aut aliquem eorum sublimia exercentem consuluisse, conc. aliquos pro aliquis, Burc. et Ansel. cetera ut Raba. aliquos, Iuo, et Grat. et consuluisse, cetera, ut R.*

V. 16. curam) *censuram, conc. monasterium ingressus, Bur. et Ansel. curam, Iuo, et Grat.*

V. 18.

V.18. in synodo Martini cap.lix.) *cap. LX. in collect. Isidori Mercat. cap. lxi. in Colon. non est autem synodus Martini, sed Martini Episcopi Bracarens. collectio ex Orientis conciliis. Hoc vero caput sumpsit ex Laodicen. c.36. de quo supra dictum est.*

CAP. XXIV. Quod non liceat Christianis, seruare traditiones Gentilium &c.

Item in eadem synodo cap. lxxii.) *Martini Bracar. cap. lxxii. & lxxiii. apud Isidor. Mercat. cap. lxxiii. in editione Colonien. Refert Burch. lib.10.c.13. & Iuo par.11.c.40. decr. & Grat. 26.q.5.c.3. non liceat.*

V. vlt. Omnia, quae facitis &c.) *ad Coloss.3.c.*

P.36.v.2. agentes Deo) *addit alia Bur. & Iuo.*

V.3. in eodem concilio cap lxxi.) *lxxiv. Martini, in concil. Refert Burchar. lib.10.c.15. & Iuo parte 11.c.42. decr. & Grat.26.q.7. c.13. non licet.*

V.5. & otiosis vacare rebus) *& otiis vacare gentilibus, concil. vocem gentilib. omittit Burch. & Iuo, & Grat.*

Ver.6. circuire) *cingere, concil. & Burch. & Iuo, & Grat.*

V.8. in eodem concilio cap. lxxiii.) *cap. lxxv. Martini, in concil. Refert Burch lib 10. cap.20. Iuo parte 11.c.47. decr. & Grat.26.q. 5.c.3. non liceat. p.1.*

V.9. aliqua) *cum aliqua, conc.*

V.11. intendere) *attendere, conc. & Burch. & Iuo, & Grat.*

Ver.15. In concilio Laodicensi cap. xxxix.) *sic etiam est in Corpore canonum ex interpretatione Dionysii Exigui.*

CAP. XXV. Quod non sit cum Paganis conuiuandum.

In concilio Africano cap. xxvii.) *sic etiam est in Corpore canon. Graecis est cap.61.*

P.37.v.5. In decretis Leonis Papae cap. xxx.) *sic etiam est in Corpore canon. ex epist.90. ad Rusticum Narbonensem Episcopum c. 17. in concil.*

CAP. XXVI. de Christianis, qui cum Iudaeis vescuntur &c.

In concilio Eliberitano cap. xiv. *cap. L. est in conc.*

V.20. abstinere) *sic est in conc. editis. abstineri, in veteribus.*

Ibid. emundari) *emendari, conc.*

V.21. In concilio Toletanensi cap. xiv.) *Toletano iv. cap. xiv. in conc. Refert Grat. dist.54.c.14. nulla.*

V.22. Dominus noster) *Rex, addunt conc.*

V.25. filij) *filios, conc.*

V.27.

V.22. Dominus noster) *Rex, addunt conc.*

V.25. filij) *filios, conc.*

V.27. eos opus est agere) *eis iniungantur; conc.& Grat.*

V.29. Iudaeis in ritu) *Iudaismi ritu, conc. in Iudaismo ritu, Grat. non recte.*

CAP. XXVII. quod non congruat Christianis, comessationibus interesse &c.

In concilio Laodicensi cap. lv.) *sic etiam est in Corpore canon. ex interpretaione Dionysii Exigui. Graecis est cap. 54. Refert ex alio interprete Grat.dist.44.cap.10.non oportet.Viden.Martin.Bracar. cap.62.*

P.38.v.9. In concilio Africano cap. xxx.) *sic est in Corpore canon. Graecis est Carthag.c.64.*

V.15. In concilio Laodicensi cap.liij.) *sic etiam est ex Dionysii interpretatione in Corpore canon.*

V.17. plaudere, vel saltare) *βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, Graeci.ballare,uel saltare, Isid.Merc.*

CAP. XXIIX. Vt ad mensam Episcopi scripturae diuinae legantur &c.

In concilio Toletanensi cap. VII.) *Toletano tertio cap.vii. in concil.Refert Burch.lib.2.c.169.& Iuo par.6.c.260.decret.& Grat. dist.44.c.11. pro reuerentia.*

V. vlt. In canone Apostolorum cap. xlII.) *sic est in Corpore canon.ex Dionysii interpretatione.Refert Bur.lib.14.cap.5.Iuo lib.3. tit.15.c.4.Panor.& par.13.c.73.decr. Caesaraug. lib.8.c. 50.& 100.& Grat.dist.35.c.1.*

P. 39. v. 23. damnetur) *καθαιρείσθω, Graeci, hoc est, deponatur*

CAP. XXIX. de continentia, & castitate clericorum.

In concilio Carthaginensi cap. III.) *sic est in Corpore canon. & Graece. Carthagin.3.cap.2.& in concil.Refert Grat.dist.84 cap.3. cum in praeterito.*

V.10. Episcopos &c.) *Refert Iuo lib.3.tit.8.c.10.Panor. & Grat. dist.31.c.3.*

V.15. custodiamus) *adduntur alia in concil.& apud Grat. quorum pars est in Corp.can.c.4.& Graece c.4.*

CAP. XXX. Quod non debeant sacerdotes quaslibet in ecclesiae familijs truncationes facere &c.

In concilio Toletanensi cap. vi.) *Toletano xi. cap. vi. in concil. Refert Bur. lib. 1. c. 201. Iuo par. 5. c. 315. decr. Anselm lib. 11. c. 60. in Rom. Caesaraug. lib. 5. c. 62. Tarrac. li. 4. c. 69. & Grat. 23. q. 8. c. 30 his, a quib.*

V. 26. quaslibet personas) *quibuslibet personis, concil. & Burchar. & alij.*

Ibi. inferenda) *inferendas, conc. & Bur. & alij.*

P. 40. v. 1. priuatus) *sic Tarracon. priuetur, concil. & Burchar. & alij.*

V. 5. non vult &c.) *Ezech. 18. g. 33. c.*

Cap. xxxi. de clericis, qui in mutuam caedem prorumpunt.

In concilio Ilerdensi cap. xi.) *sic est in concil. Refert Grat. 17. q. 4. c. 19. nullus. in fine.*

excessus contumelia) *excessu contumeliam, conc. & Grat.*

Cap. xxxii. de auaritia, & cupiditate &c.

In concilio Carthaginensi cap. v.) *sic etiam est in Corpore canon. & Graece. Vide Carthaginen. 1. cap. 13. & Capitul. libr. 1. capit. 33.*

V. 29. In concilio Toletanensi cap. xxxiii.) *Toletano iv. capit. xxxiij. in concil. Refert Burchard. lib. 3. cap. 203. Iuo par. 3. c. 255. decr.*

Ver. 30. Auaritia radix &c.) *adde, est. Vide 1. Tim. 6. b.*

P. 41. v. 2. in amore) *in honorem, conc. B. ut Rab. & Iuo.*

V. 8. constitutum est &c.) *Grat. 16. q. 1. c. 60.*

V. 11. quam de tributis) *quam de decimis, tributis, concilia Colonien. sed Isid. Merc. ut Raban. & Grat. quam de decimis, & de tributis, Bur. & Iuo. In ueteri concilior. libro, ut Raban.*

V. 15. Nouerint &c.) *Refert Iuo lib. 2. tit. 1. c. 4. Panor. & Grat. 10. q. 1. cap. 6.*

V. 20. In concilio Niceno cap. xvii.) *sic etiam est in Corpore canon. ex Dionysii interpretatione. Refert Burchar. lib. 2. cap. 120. Iuo par. 6. cap. 196. & par. 13. cap. 8. decret. Ansel. li. 7. cap. 153. in addit. Caesaraug. lib. 8. cap. 37. & Gratian. distin. 47. cap. 2. Viden. Martin. Bracar. cap. 62. & Grat. 14. q. 4. cap. 4. & 8. & Capitul. lib. 1. cap. 5.*

V. 21. Quod multi) *Quoniam multi, Corp. canon. & Burchar. & alij.*

V. 23. Qui pecuniam &c.) *psal. 14.*

V. 24. centesimos) *centesimas, Corp. can. & B. & alij.*

V. 31.

V.31. In decretis Leonis Papae cap. III.) *sic est in Corpore canon. ex epist. 1. ad Episcopos Campaniae ca. 3. in concil. Refert Bur. lib. 2. c. 123. Ino par. 6. c. 65. decr. Ansel. lib. 7. c. 149. in addit. & Grat. 14. q. 4. c. 7. nec hoc.*

P.42. v.2. vsuras iam exercere) *usurariam exercere pecuniam, Corpor. canon. & concil. in quib. additur, & fenore uelle ditescere. & apud Bur. & alios.*

CAP. XXXIII. de apostatis.

In decretis Syricij Papae cap. III.) *sic est in Corpore canon. & in concil. epist. 1. ad Eumerium Tarracon. Episcopum.*

V.18. Nolo) *Nolumus, Corp. can. & conc.*

Ibid. tantum) *sed tantum ut, Corp. can. sed ut, conc.*

Ver. 19. In concilio Arelatensi cap. XXII.) *capit. xxiij. in concil.*

V.25. nisi reuelauerint) *nisi reualuerint, conc.*

V.26. Item in eodem concilio cap. xxv.) *Arelatensi secundo cap. xxv. in concil. Refert Burch. li. 19. c. 67. & Ino par. 15. cap. 81. & Grat. dist. 50. c. 68. hi qui. Vid. Capitul. li. 6. c. 139.*

P.43. v.1. ille) *ille sit, conc. ille est. Bur. & Iuo. sed Grat. ut conc.*

CAP. XXXIV. de professione monachi.

In synodo Toletana cap. IIX.) *Toletana IV. cap. XLVIII. in concil. Refert Burch. lib. 8. c. 6. Iuo par. 7. c. 30. decr. Ansel. li. 7. c. 193. in addit. Tarrac. li. 5. c. 15. & Grat. 20. q. 1. c. 3. monachum. Vide conc. Vormacien. c. 23.*

interdicimus aditum) *intercludimus aditum, conc. & Burc. & alij. recludimus aditum, Tarr.*

CAP. XXXV. de paenitentiae temperamento &c.

In Africano concilio cap. x.) *sic etiam Corpus cano. ex concil. Carthaginen. 3. c. 31. & 32. in concil. Carthagin. c. 43. Graecis, Refert concil. Trosle. c. 13. Capitul. li. 5. c. 53. & li. 7. c. 30. Bur. li. 19. c. 40. & 70. Iuo par. 15. c. 3. decr. Ansel. li. 11. c. 20. Caesaraug. li. 15. ca. 46. Paeniten. Rom. tit. 9. c. 9. & Grat. 26. q. 7. c. 5. paenitentib. & q. 6. c. ult.*

nisi absentia Episcopi) *nisi absentiae Episcopi, Corp. can. nisi absente Episcopo, &, conc. Burch. ut Raban. & Ansf. nisi absente Episcopo, Grat.* ἐν τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, *Graeci.*

ante absidiam) *ante absidem, Corp. can. & conc. & Capit. & Ansf. ante absida, id est atrium ecclesiae, Grat.* πρὸ ἀψῖδος, *Graeci. Absis fornix esse dicitur Graecis, & in Pontificali.*

P.43.v.19.In decretis Innocentij Papae cap. v i i.) *sic est in Corpore can.ex epist.1.ad Decentium Episcopum Eugubinum c.7.in concil. Refert Bur.lib.18.c.18.Iuo par.15.c.40. decr. Ansel. lib.11.c.26.Caesaraug.li.15.c.29.Tarrac.li.4.c.36. et Grat. de consecr. dist. 3. c.17.de paenitentib.Vide Capitul.lib.5.c.67.totidem uerbis.*

CAP. XXXVI. de his, qui in paenitentia positi uita excesserunt.

In concilio Arelatensi cap. x i i.) *Arelatensi secundo cap. xii. in concil.Vide cap. 13.concilij Nicaeni.*

orauit paenitendo) *honorauit paenitentiam, concil.*

In concilio Arausico cap. i i i.) *sic etiam est in concil. Refert Burc.lib.18.c.17.Iuo par.15.c.39.decr.& Grat. 26.q.6.c.7.qui recedunt.*

P.44.v.10.eis communicare) *cos pro eis, concil.eis, Burch. & Iuo, & Grat.*

Ibid. quod morienti sufficit consolationis) *quod morientis sufficit consolationi,concil.& in marg.reconciliationi.sic etiam Iuo.quod in moriente suffecit,consolatione,B.recõciliationi,Grat.cetera,ut conc.*

Ver.11.secundum definitionem congruentem) *Mendosus locus secundum definitiones Patrum, qui huiusmodi communionem congruenter,conci.& Iuo.congruentem, Bur.cetera,ut conc.definitionem,Grat.& congrue,cetera,ut conc.*

Vt si) *Quod si,conc.& Grat.ut si, Bur. & Iuo.*

CAP. XXXVII. de his, qui paenitentiam violantes spernunt &c.

In concilio Aurelianensi cap.iv.) *ca.vij.in Isidori Mercat. collectione.cap.xiii.in Colonien.editione.Refert Grat.de paenit.distin.5.ca.5.de his.*

Eos vero &c.) *De his, qui suscepta paenitentia religionem suae etc. conc.& Grat.*

In concilio Toletano cap.lv.) *Toletano quarto c.liv.in concil.*

qui se totondere) *se totonderant, conc.*

per paenitentiam) *sic etiam in conc. sed in marg. per potentiam.*

vere vt postea coram) *ut uere apostatae, coram, conc.melius.*

P.45.v.2. missis) *scribe, amissis, ut est in conc.*

V.6. Quod si reuerti &c.) *Quod si conuerti non possunt, uelut apostatae &c.concil. & in marg. Quod si reuocantur, & reuerti nolunt.*

V.7. sententia abijciantur) *sententiae subiiciantur, concil.*

V.9.

V.9. sanctum monialem habitum inducere) *sanctimonialem habitum induerunt, conc.*

CAP. XXXVIII. Quod nulli sit vltima paenitentia denegenda.

In decretis Caelestini Papae cap. xv.) *sic etiam est in Corpore can. ex epist. 2. c. 2. ad Episcopos Galliae, in concil. Hoc etiam caput XV. appellatur in Triburien. concil. capite 31. extremo. Refert verba Burc. lib. 18. c. 22. Iuo par. 15. c. 44. decr. Ansel. li. 11. c. 19. Tarrac. lib. 6. cap. 55. & Grat. 26. q. 6. c. 13. agnouimus.*

non denegari) *denegari, Corpor. can. & conc. aptius & Burchar. & alij.*

abnui, quod) *adnui, qui, Corp. can. & conc. rectius, & Bur. et alij.*

animae,) *hoc animae, Corp. canon. et concil. et Tarrac. et Grat.*

V.20. sub horrore) *sub onere, Corp. can. et conc. et Bur. et alij.*

V.21. pondere) *perdere, Corp. can. redimere, conc. et Grat. sed in veteri libro concil. est, pondere, et apud Burchard. et alios. ponere, Tarracon.*

Ibi. expedire desiderat, liberare) *expediri desiderat, et liberari, Corp. can. et conc. et Grat. sed in veteri libro, vt Raba. et apud Burc. et alios. expediri desiderat, liberare, Tarr.*

V.23. absoluta esse) *absolui, conc. sed in veteri libro, Ut Raba.*

V.29. desperauit) *desperat, Corp. can. et conc. et Grat. desperarit, Burc. desperauerit, Iuo, et Ansf. desperauit. Tarrac.*

V.31. credidit) *credit, Corp. canon. et conc. et Ansf. credidit, vetus conc. liber, et Bur. et alij. credit, Grat.*

P.40. v.3. promisionem) *professione, vetus liber, in quo uox permittitur. professionem Burch. et alij. confessione. Grat.*

V.6. quam tempore) *non tempore, uet. liber.*

V. 7. Cum conuersus) *Ezech. 3. et 18. et 33.*

V.9. cum ille) *cum illi, Corp. canon. et uetus liber, et Tarr. cum ille, conc. edita, et Grat.*

CAP. XXXIX. Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam a multis licitis abstinere &c.

In decretis Leonis Papae cap. xxii.) *sic etiam est in Corpore cano. ex epist. 90. ad Rusticum Narbonen. Episcopum cap. 8. in concil. Refert Ansel. lib. 11. c. 233. et Grat. 11. q. 1. c. 35. aliud. et de paen. dist. 1. c. 64. aliud.*

V.22. expedit eis) *expetit quis, Corp. can. expetit, concil. et Ansf. melius est illi, ut expetat, Grat. d. c. 35. melius expectet, idem d. ca. 64.*

V. 24.

24. Item in eisdem decretis cap. XXIII.) *sic est in Corpore canon. ex ead. epist. c. 9. in concil. Refert Bur. li. 2. c. 128. & li. 19. cap. 95. Iuo par. 6. c. 202. & par. 13. c. 25. & par. 15. c. 107. decreti. Ansel. li. 11. c. 131. Caesaraug. li. 8. c. 80. & Grat. de paenit. dist. 5. c. 2. qualitas.*

V. 27. inhonestus) *honestus, Corp. can. et Burc. & alii. et honestus, conc. et Iuo d. c. 25. et Ansel. et Grat.*

CAP. XL. Quod ad militiam saecularem post paenitentiam rediri non debeat.

Item in eisdem decretis cap. XXIV.) *sic est in Corp. can. ex ead. episto. 90. c. 10. in concil. Refert Bur. li. 19. c. 66. Iuo par. 15. c. 80. decr. Ansel. li. 11. c. 239. Tarrac. li. 5. c. 19. et Grat. de paenit. dist. 5. c. 3. contrarium.*

EPISTOLA CANONICA SANCTI GREGORII NYSENI EPISCOPI AD SANCTVM LETOIVM MELITENES EPISCOPVM.



VNVM hoc quoque est eorum, quae ad sanctum festum spectant, vt nos intelligamus legitimam, & canonicam in his, qui peccarunt dispositionem, quo pacto curetur omnis morbus animae, qui ex aliquo peccato nascitur. Quoniam enim hoc etiam est vniuersale festum creationis, quod in praestituto annui circuli ambitu, singulis annis in vniuerso mundo impletum propter eius, qui ceciderat resurrectionem, peragitur; casus autem est peccatum, resurrectio vero ex peccati casu erectio; recte hodie habebit, si non solum eos, qui ex regeneratione per lauacri gratiam transmutati sunt, adducamus; sed eos etiam, qui per poenitentiam, & conuersionem a mortuis operibus ad viuentem viam rursus ascendunt, ad salutarem spem manu ducamus: a qua per peccatum alienati sunt. Neq. vero paruum opus est, ea, quae de his dicenda sunt, in recto, & probato iudicio disponere, iuxta praeceptum Prophetae, quod iubet oportere sermones disponere in iudicio, vt quemadmodum habet ipsum oraculum, non moueatur in aeternum, & in memoria aeterna sit iustus. Quemadmodū enim etiā in corporis curatione vnus quidem est medicinae finis, sanare eum, qui laborat, uarium autem est curationis genus; pro morborum enim uarietate conuenienter quoq. ratio curandi unicuiq. morbo adhibetur; ita cum multa sit in morbo quoq. animae affectionum uarietas, multiformis quoque necessario erit medica curatio ad affectionis rationem medicinam exercens.

VT

VT sit autem arte aliqua procedens propositae quaestionis ratio, sic disputationem complectemur. Tria sunt, quae in anima nostra considerantur secundum primam diuisionem; ratio, concupiscentia, & ira. In his sunt & recte facta eorum, qui ex uirtute uiuunt; & casus eorum, qui in uitium delabuntur. Quamobrem oportet eum, qui aegrotanti animae parti conuenientem medelam est adhibiturus, prius quidem considerare, in quonam consistit affectio; deinde sic male affectae conuenientem medicinam facere; ne propter imperitiam rationis curandi, alia quidem sit pars, quae aegrotat; alia uero, quae medicinam recipiat: sicut certe multos uidemus medicos, qui propter primo laesae partis ignorationem morbum suis medicamentis protrahunt. Cum enim saepe existat morbus ex caloris magnitudine: quoniam ijs, qui propter frigidi abundantiam male affecti sunt, utile est, quod calefacit, & refouet, quod illis ex ratione contulit; inconsiderate idem ijs, qui immoderata caliditate succenduntur, applicantes effecerunt, ut esset morb. curatu difficillimus. Quemadmodũ ergo medicis in primis necessaria existimata est elementorum proprietatis cognitio, vt vniuscuiusque eorum, quae bene, vel male affecta sunt, id quod praeter naturam tale est, ad suum statum reuocetur: Sic & nos ad hanc recurrentes diuisionem, eorum, quae in anima considerantur, quae est principium, & fundamentum conuenientis affectionum curationis, generalem faciamus diuisionem. Trifariam ergo, vt diximus, diuisa proprietate motionum animae in illud, quod habet vim ratiocinandi, quod concupiscendi, & quod irascendi; rationis quidem compotis animae partis rectum officium est, pia de Deo existimatio, boni & mali discernẽdi scientia, & quae habet veram, ac sinceram de rerum subiectarum natura opinionem; quid est quidem in his, quae sunt, expetendum, quid vero respuendum, & abijciendum: & rursus ex contrario, quod in ea parte est vitium, omnino considerabitur, quando circa res quidem diuinas fuerit impietas, nullum autem circa id, quod vere honestum est iudicium; peruersa autem, & corrupta de rerum natura opinio, vt lucem tenebras ducat, & tenebras lucem, vt dicit Scriptura. Concupiscentis autem partis motus ex uirtute quidem est, si ad id, quod est re uera concupiscendum, & uere pulchrum, erigatur desiderium; & si qua est in nobis amatoria facultas, & affectio, tota in illo uersetur; ut credamus, nihil aliud esse sua natura expetendum, praeter uirtutem, & naturam, unde uirtus emanat.

T V Hujus

Huius autem partis declinatio est, & peccatum, si quis cupiditatem transtulerit ad inanem, quae non potest consistere, gloriam, vel ad florem eum, qui in corporum, quasi cute nitet. Vnde nascitur cupiditas pecuniae, gloriae, & voluptatis, & ceterarum omnium rerum eiusmodi, quae ab hoc vitij genere dependent. Rursum uero habitus iracundi rectum officium est, cum malo inimicitiae, & bellum cum animi perturbationibus, & ad fortitudinem habere animum optime munitum, ut ea non metuat, quae multis terribilia videntur; sed usque ad sanguinem contra peccatum consistat: mortis autem minas, & grauia supplicia contemnat, & rerum iucundissimarum auocatione, & omnium, vt dicam vno verbo, quae consuetudine aliqua, & anticipata opinione multos detinent in voluptate, pro fide, & virtute depugnans, fiat superior. Huius autem partis prolapsiones omnibus apertae sunt, inuidia, odium, ira, conuicia, certamina, contentiosae, & vltionis appetentes affectiones, quae acceptae iniuriae recordationem longe extendunt, & multi ad caedem, & sanguinem peruenerunt. Dum enim non inueniret inerudita ratio, quomodo armis suis vtiliter vteretur, ferri aciem in se conuertit, eaque arma, quae nobis a Deo data sunt; ei, qui male utitur, exitium afferunt.

His itaque, quo modo dictum est, distinctis, quaecumque quidem peccata ratiocinantem animae partem attingunt, esse difficiliora a Patribus iudicata sunt, & maiore, & pleniore & laboriosiore conuersione digna: quemadmodum si quis fidem in Christum negauit, uel ad Iudaismum, vel idolorum cultum, vel Manichaeismũ, vel aliud quid tale impietatis genus desciuisse visus sit, qui suapte quidem sponte ad eiusmodi malum irruens, deinde ad se rediens, totum uitae suae habet paenitentiae tempus. Numquam enim si mystica peragatur oratio, Deum vna cum populo adorare dignus censetur, sed seorsum precabitur; a sacramentorum autem communione omnino erit alienus: in hora autem sui excessus tum sacramenti parte dignus censebitur. Sin autem contigerit, ut is praeter spem viuat in eodẽ iudicio rursus uitam traducet, mysticorum sacramentorum ad exitum vsq. expers, tormentis autem, & grauibus supplicijs excrucia-

ti, praestituto tempore poenas dent, sanctis Patribus in eo clementia sic usis, tamquam anima non lapsa sit, sed corporalis imbecillitas, tormentis non resistens. Quare mensura eorum, qui in fornicatione peccarunt, & vi, doloreq. expressa transgressio in conversione commensurata est.

Qui uero ad praestigiatores, uel vates abierunt, uel eos, qui per daemones se piacula quaedam, & auersiones operaturos pollicentur, ij examinantur, utrum in fide in Christum permanentes, a ne-
C. III. cessitate aliqua ad illud peccatum impulsi sunt, est afflictio aliqua vel intolerabilis iactura huncillis animum indidisset; an omnino neglecto, quod a nobis creditum est testimonio, ad daemonum auxilium confugerunt. Si enim ad fidem tollendam, & quod Deum esse non crederent, qui a Christianis creditur, & adoratur, illud fecerunt; transgressorum scilicet iudicio subijcientur. Sin autem non ferenda necessitas aliqua pusillo eorum animo superato, eo deduxit falsa aliqua spe impulsos, eodem modo erit & in ipsos clementia, instar eorum, qui tormentis in tempore confessionis resistere non potuerunt.

Eorum autem, quae propter cupiditatem, & voluptatem fiunt, peccatorum talis est diuisio: hoc enim vocatur adulterium, illud
C. IV. verò scortatio, siue fornicatio. Ac nonnullis quidem eorum, qui sunt subtiliores, placuit etiam fornicationis peccatum adulterium esse existimare, quoniam vna est legitima coniugatio, & uxoris cum marito, & mariti cum vxore. Quidquid ergo non legitimum est omnino praeter legem: & qui habet non proprium, habet omnino alienum. Homini enim una data est a Deo auxiliatrix: & mulieri vnũ appositum est caput. Ergo siquidem quis proprium vas suum, ut diuinus Apostolus nominat, sibi ipsi possederit, concedit lex naturae iustum vsum. Si quis autem extra proprium versus fue-
1. Thes. 4. b. rit, erit omnino in aliena: est autem vnicuiq. alienum, quidquid non proprium, etiam si non habeat confitentem dominum. Non longe ergo a peccato adulterij & ipsa fornicatio ab his, qui rem paullo accuratius examinant, suscepta est, cum dicat etiam scriptura diuina, Ne multus sis cum aliena: sed quia imbecilliorum fuit Patribus cura habita, distinctum est peccatum hac generali diuisione, vt fornicatio quidem dicatur libidinis expletio alicuius, quae fit sine alterius iniuria; adulterium vero, insidiae, & iniuria,

quae

quae alteri infertur. In eo autem, & cum animalibus coitum, & cum pueris tum esse putant, quoniam & haec sunt naturae adulterium. In id enim, quod est alienum, & quod est praeter naturam, fit iniuria. Cum haec ergo diuisio in hac etiam peccati specie facta sit, vniuersale est remedium, ut a concitata in eiusmodi voluptates rabie per paenitentiam homo purus efficiatur. Sed quia eorum, qui in fornicatione polluti sunt, iniuria aliqua cum hoc peccato non commixta est; propterea duplum conuersionis tempus ijs praescriptum est, qui in adulterio inquinati sunt, & in aliis itidem uetitis malis, animalium initu, & rabie in masculum. In iis enim peccatum, ut dixi, duplicatur. Vnum quidem in nefaria voluptate: alterum autem, quod in iniuria, quae fit alteri, consistit. Est autem quaedam huiusmodi differentia in ratione paenitentiae in peccatis, quae sunt secundum voluptatem. Qui enim ex se ipso ad sua proferenda peccata impulsus est, eo, quod sua sponte occultorum accusator esse uoluerit, ut qui iam morbo medicinam adhibere coeperit, & signum in id, quod est melius, mutationis ostenderit, in mitioribus poenis uersatur. Qui autem in malo deprehensus est, uel propter aliquam suspicionem vel accusationem ingratis conuictus est, longius illi conuersionis tempus datur, vt ipse perfecte purgatus, sic ad sacramentorum communionem recipiatur. Est ergo canon eiusmodi, vt qui in fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur: in tribus autem sint solius auditionis participes: in tribus autem aliis annis, cum his, qui in conuersione substernuntur, adprecentur, & tunc sint sacramentorum participes. In his autem, qui studiosius conuersione vsi fuerint, & vita ipsa ad id, quod bonum est, reditum ostenderint, licet ei, qui dispensat, pro ecclesiasticae oeconomiae vtilitate tempus auditionis contrahere, & celerius ad conuersionem deducere, & rursus hoc quoque tempus contrahere, & celerius communioni reddere, vt sua probatione eius, qui curatur, constitutionem iudicet. Quemadmodum enim porcis margaritas proijcere est vetitum, ita & pretiosa margarita priuare eum, qui per uacuitatem perturbationis, & purgationem homo iam factus est, absurdum est. Quae autem in adulterio, & in reliquis immunditiae generibus fit legis transgresio, vt dictum est, eodem iudicio sanabitur omnino, quo & fornicationis scelus, sed tempore duplicabitur. In eo autem eius etiam qui curatur, affectio considerabi-

tur, quo modo & in his, qui fornicationis inquinamento illaqueati sunt, vt uel citius, vel tardius eis sit boni participatio.

C. V. Restat ad haec, ut irascentem animae partem examinandam proponamus, quando lapsa a bono irae vsu, in peccatum ceciderit. Cum autem multa sint, quae per iram fiunt peccata, & omnis generis mala, placuit nostris Patribus in aliis quidem non nimium subtiliter agere, neque multae operae pretium putare, omnia, quae ex ira nascuntur delicta curare: quamuis Scriptura non simplicem, uel ipsum ictum tantummodo prohibeat, sed etiam omne conuicium, uel maledictum, & si quid aliud eiusmodi ira efficit, sed solam caedis poenis cauerunt. Diuiditur autem hoc malum differentia voluntarij, & inuoluntarij. in quibus voluntaria quidem primum est caedes, quae ex composito suscepta est audacter ex apparatu eius. Deinde illa quoque in uoluntarijs existimata est, quando quis in congressu uerberans, & uerberatus plagam per iram mortiferam intulerit. Qui enim ira semel uictus est, & irae impulsioni indulgens, nihil eorum, quae malum possent amputare, ei in mentem venerit. Quare & illic quoque qui ex concertatione profectus est, caedis euentus in factum praeoptationis voluntarium, non in casum confertur. Inuoluntariae autem habent manifesta indicia, quando quis alicui alteri rei studium applicans, casu aliquid incurabile patrauerit. In his ergo caedes quidem in triplex tempus extenditur iis, qui per conuersionem uoluntario facinori remedium afferunt. Ter noueni enim sunt anni, nouenario in vnoquoq. gradu praefinito, vt in perfecta quidem segregatione nouennale tempus perduret, ab Ecclesia prohibitus: alios autem totidem annos in auditione permaneat, sola doctor. & scripturarum auditione dignus habitus: in tertio autem nouenario cum substratis in conuersione orans, sic ueniat ad communionem sacramenti scilicet, & in eodem eadem erit obseruatio ab eo, qui ecclesiam administrat, & pro ratione conuersionis illi quoque poenae extensio contrahetur, ut pro nouem annis in vnoquoque gradu; octo, vel septem, uel sex, vel quinque soli fiant. siquidem magnitudo conuersionis tempus vincat, & superet correctionis studio eos, qui in longo tempore praestituto susceptas a se maculas segniter eluunt. Inuoluntarium autem uenia quidem dignum, sed non laudabile iudicatum est. Hoc autem dixi, vt sit apertum, quod

etiam

etiam si quis inuoluntariae fuerit in scelere homicidij, eum tamquam iam profanum piaculo redditum a sacerdotali gratia eiiciendum canon pronuntiauit. Quantum autem est expiationis tempus in simplici fornicatione, tantum etiam recte habere existimatum est in iis, qui caedem inuoluntariam fecissent, scilicet in ijs quoque paenitentijs consilio examinato, vt si sit fide quidem digna conuersio, non seruetur annorum numerus, sed tempore contracto ad ecclesiae restitutionem, & boni participationem deducatur. Si quis autem tempore non expleto a canonibus praestituto uita excedat, iubet Patrum clementia, vt effectus sacramentorum particeps non viatico vacuus ad extremam illam, & longam peregrinationem mittatur. Sin autem postquam sacramenti particeps factus fuerit, rursum ad vitam reuersus sit, statutum tempus expectet in illo gradu existens, in quo erat ante communionem illi ex necessitate datam.

Altera autem idolatriae species, sic enim diuinus Apostolus auaritiam appellat, nescio quo modo absque vlla poenae medela a Patribus nostris praetermissa sit. Atqui hoc malum quidem videtur esse triplicis animi constitutionis affectio. Nam & ratiocinatio ab eius, quod pulchrum est, iudicio aberrans, esse in materia, quod pulchrum est, existimat, non ad pulchritudinem quandam a materia separatam respiciens. Et cupiditas ad eà, quae sunt inferiora, fluit, ab eo, quod uere est expetendum, praeterfluens. Iam uero, & contentiosa, animosaque affectio ex hoc peccato multas occasiones accipit, & vt dicam semel, concinit hic morbus auaritiae definitioni Apostolicae. Diuinus enim Apostolus eam non solum idololatriam, sed etiam omnium malorum radicem pronunciauit; & tamen tale genus morbi neglectum, inconsideratum, & absque ulla eius cura praetermissum est: quo fit, ut hic morbus valde in Ecclesia abundet, & nemo in his, qui ad clerum adducuntur, inquirit, num aliquo modo qui eo idololatrie genere polluti sint. Sed de his quidem, quoniam a Patribus nostris praetermissum est, sufficere existimamus publica doctrinae oratione ea quo modo fieri potest, curare; veluti quosdam morbos ex repletione ortos, ex cupiditate amplius habendi aegritudines oratione purgantes. Solum autem furtum, & sepulchrorum effosionem, & sacrilegium vitium existimamus, quod sic Patrum successione haec nobis traditio facta sit. Atqui apud

Col. 3. Gal. 5. c. Ephe. 5. b.

1. Tim. 6. b.

apud diuinam Scripturā & fenus & vsura sunt prohibita, & per alicuius potentiam ad suam possessionem aliena traducere, etiam si negotiationis praetextu tale fieri contigerit. Quoniam ergo nostra quidem ad canonum potestatem auctoritas inest satis, id quod in confessis prohibitum est, canonicum iudicium his, quae iam dicta sunt, adijciemus. Diuiditur autem furtum in latrocinium, & in murorum effossionem. Idem autem utrisq. finis est aliena auferre; consilii autem ipsorum magna est inter se differentia. Latro enim etiam homicidium ad id, quod studet assequi, assumit, ad hoc ipsum paratus & armis, & multa manu, & opportunitatib. locorum, adeo ut is homicidarum iudicio subiciatur, si per paenitentiam ad Dei ecclesiam ultro reuersus fuerit. Qui autem clam auferendo alienum usurpat, deinde per enuntiationem peccatum suum sacerdoti aperuerit, vitij studio in contrarium mutato aegritudinem curabit; dico autem largiendo quae habet pauperibus: ut dum quae habet, profundit, se ab auaritiae morbo liberum aperte ostendat. Sin autem nihil aliud, praeterquam solum
Eph. 4. c. corpus habeat, iubet Apostolus per fatigationem corporis ei morbo mederi. Dictio autem ita habet, Qui furatur, non amplius furetur, sed potius laboret bonum operans, ut possit ei largiri, qui indiget.

c. VII. Sepulchrorum autem effosio, ipsa quoq. diuiditur in id, quod veniam meretur, & id, quod non meretur. Si enim quis mortuorum parcens religioni, & tectum corpus intactum relinquens, vt nec Soli ostendatur naturae feditas, lapidibus aliquot ex his, qui sepulchro iniecti sunt, ad aliquod opus construendum utetur, ne hoc quidem est laudabile, sed ut esset dignum venia, effecit consuetudo; quando ad aliquid praestantius, & Reipub. vtilius materia traducta sit: sed carnis conditae, postquam terra iniecta est, puluerem perscrutari, & ossa mouere, spe aliquem ex defossis lucrifaciendi ornatum; id eodem iudicio condemnatum est, quo simplex fornicatio: quemadmodum in praecedente oratione diuisio facta est; considerante scilicet oeconomo, ex ipsa uita eius, cui medela adhibetur, medicinam, ut spatium a canonibus paenitentiae praestitutum possit contrahere.

c. VIII. Sacrilegium autem in antiqua quidem Scriptura nihilo caedis condemnatione visum est tolerabilius. Similiter enim & in caede deprehensus, & qui res Deo dicatas abstulerat, lapidationis sup-

plicium

plicium subibat. In ecclesiasticа autem consuetudine de poenae grauitate nescio quo modo aliquid detractum, & eo lenitatis descensum est, vt illius morbi existimetur tolerabilius piaculum. In minori enim tempore, quam adulterium, hi a Patrum traditione poenam susceperunt. Vbiq; autem hoc in peccati genere ante omnia videndum est, qualis sit eius, cui medela adhibetur, affectio;& non existimare tempus ad medelam sufficere. quaenam enim fuerit ex tempore medicina? sed eius, qui sibi per conuersionem medetur, animum, & institutum.

Haec tibi o homo Dei ex his, quae erant ad manum multo studio composita, quod oporteat fratrum mandatis parere, studiose misimus. Tu uero consuetas pro nobis preces Deo offerre ne intermittas. Debes enim, vt gratus filius es, qui te secundum Deum genuit in senectute, per tuas orationes alimentum, conuenienter praecepto, quod iubet honorare parentes, ut tibi bene sit, & sis longaeuus super terram. Clarum est autem, quod ut symbolum sacerdotale litteras accipies, neque munus hospitale contemnes, etiam si sit minus, summa tui ingenij bonitate. c. 1 x. Exo. 20. b.

EX EPISTOLA CANONICA Sancti Gregorij Thaumaturgi Episcopi Neocaesariensis de his, qui in Barbarorum incursione idolothyta comederunt, & alia peccarunt.

Canon XI. & ultimus.



LETVS, seu luctus est extra portam oratorij: vbi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes orare, vt pro se precentur. Auditio est intra portam in ferula, vbi oportet eum, qui peccauit, stare, vsq. ad cathecumenos etiam illinc egredi. Audiens enim, inquit, scripturas; & doctrinam eiciatur, & precatione ne dignus censeatur. Subiectio autem, seu substratio est, ut intra templi portam stans cum cathecumenis egrediatur. Congregatio, seu consistentia est, vt cum fidelibus consistat, & cum cathecumenis non egrediatur: postremo est participatio sacramentorum.

IN EPISTOLAM CANONICAM SANCTI GREGORII NYSENI EPISCOPI NOTAE.



AEC Graece scripta est a B. Gregorio; Latinam fecit Gentianus Heruetus; mutauit quaedam Petrus Galesius in Latina interpretatione, cum eam contulisset cum Graecis libris. Fuit autem Gregorius Basilij Episcopi frater. Obitus huius festus dies celebratur in Graecia IV. Idus Ianuar. ut constat ex Nouella Manuelis Comneni, quam refert scholiast. Balsamonis tit.7.c.1.nomocanonis Photij. In synodo Constantinop. quam ipsi sextam dixerunt, hi canones approbantur.c.2.in Trullo. Refert Iuo li.2.tit.11.c.29. Panor. & parte 4.c.134.decret.liber Caesarang.li.2.c.8.& Grat.dist.16.c.7.quoniam.in fine. Idem Gentianus Theodoro Balsamoni Antiocheno Patriarchae tribuit huius epistolae scholia, siue interpretationem, quam etiam Latinae fecit: ego eam Ioannis Zonarae fuisse, in libris meis Graecis inueni. Exstant etiam Graece Alexij Aristeni breuiora scholia. Pars huius epist. ad Letoium exstat li.60.Basil.ut dicemus capite quinto.

Pag.1.vers.25. Quemadmodum enim etiam in corporis curatione &c.) *Hac de re agitur in Timei Locrensis libro de anima mundi, & in Platonis dialogo Timaeo inscripto, & lib.3.& 4.Tusculanar. quaestionum Ciceronis. Stoicorum autem esse hanc comparationem, docet Cicero d. lib.4.his verbis. Hoc loco nimium operae consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo; dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo. Videndus Ioan. Cassianus collatione 24.c.15.*

CAP. I.

Tria sunt, quae in anima nostra considerantur, secundum primam diuisionem, ratio, concupiscentia, & ira τό τε λογικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές. *Haec et Timaei sunt, & Platonis in eisdẽ libris,*

& ex Platone lib. 9. de repub. Ciceronis lib. 1. de diuinatione. Idem lib. 1. Tuscul. quaest. sic ait. Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id est, rationem, in capite, sicut in arce posuit; & duas partes separare uoluit, iram, & cupiditatem; quas locis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locauit. Et lib. 4. In his explicandis ueterem illam equidem Pythagorae primum, deinde Platonis descriptionem sequar; qui animum in duas partes diuidunt: alteram rationis participem faciunt, alteram expertem. in participe rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam, quietamque constantiam. in illa altera motus turbidos tum irae, tum cupiditatis contrarios, inimicosq. rationi. Ad de Cassian. collat. 24. d. c. 15. & 16. & 17.

Cap. II.

quis fidem in Christum negauit &c.) *Photius tit. 13. c. 20. nomocan. de apostatis, immolatoribus, magis, incantatoribus, mathematicis, diuinatoribus; & annuleta appendentib. refert Gregorij Nyssaeni cap. 1. & 2.*

Pag. 4. v. 24. in eodem iudicio rursus vitam traducet πάλιν ἐν τοῖς αὐτοῦ κρίματι διαβιώσοιτο. *Hoc Zonaras apertius interpretatur:* πάλιν ἀκοινώνητος ἔσται. *sine communione iterum erit.* μένει πάλιν ἀμέτοχος, *Alexius ait. expers, inquit, rursus manet. Id igitur appellat iudicium, hoc est, paenitentis statum.*

V. 30. Quare mensura &c.) *uide caput 4.*

Cap. III.

Qui vero ad praestigiatores &c.) *Partem esse hanc capitis secundi, apparet ex Photio, & ex libro 60 Basilicor. in locis mox adferendis. Caput etiam secundum est in Alexij Aristeni libro.*

Cap. IV.

Caput tertium appellatur a Photio tit. 13. cap. 5. nomocanonis de fornicatione, adulterio, & stupro, & paedicatione. & tit. 14. cap. 2. de his, qui cum brutis animantibus commercium habent. & tit. 9. cap. 39. de paenitentia. & apud Alexium Aristenum.

Pag. 5. v. 30. etiam si non habeat confitentem dominum) κἂν μὴ ὁμολογούμενον ἔχῃ τὸν κυριεύοντα. *Zonaras interpretatur,* κἂν μὴ ἔχῃ τὸν κυριεύοντα. *quamuis non habeat dominum. confitentem significat certum, & apertum, omnibusque notum. Gentianus interpretatur;*

tur; etiam si id non confiteatur, qui est dominus. quasi dicat, etiam si non agat, uel persequatur ius suum dominus.

P.6.v.1. Ne multus sis cum aliena) *Ecclesiast.9.*

Ver. vlt. ab oratione omnino expellantur) *non solum ab oratione, sed etiam a loco orationis, quasi diceret, a proseucha; quae uox utrumque significat. ut Act.6. & Epipha. haeresi 68. contra Massalianos.*

P.7.ver.3. & tunc) χαὶ τότε, *hoc est, & postea, siue post haec, non uero interea. neque enim paenitentes offerunt, aut sacram eucharistiam accipiunt ante expleta tempora constituta.*

CAP. V.

Hoc est caput 4. Alexio Aristeno, & Photio tit.14.c.3. de homicidis, & latronib. & Leoni lib.60.tit.39.c.27. Basilicor.

V.30. Diuiditur autem hoc malum &c.) *Haec uerba inuenies d.c. 27. Basil. ubi caedes, pro hoc malum, est.*

V.32. quae ex composito suscepta est audacter ex apparatu eius) *quae fit meditatio, Basil.*

P.8.v.3. in congressu) *in conflictu, ac pugna, Cuiac. in Basil.*

V.5. irae impulsioni indulgens) *affectioni manu indulgens, Cuiac.*

Ibid. nihil eorum, quae malum possent amputare) *nihil in ea animi perturbatione eorum, quae malum praecidere possent, Cuiac.*

V.6. Quare & illic &c.) *quamobrem effectus caedis ex conflictu, uoluntati, non casui deputatur. Cuiac.*

V.11. aliquid incurabile patrauerit) *nefas quoddam admisit, Cuiac.*

V.12. per conuersionem) *per paenitentiam. Cuiac.*

V.15. vt in perfecta &c.) *ita ut nouem annis omnino separatus communione, & ecclesia prohibitus degat. Cuiac.*

V.17. in auditione permaneat) *auditor existat, Cuia.*

V.18. auditione dignus habitus) *auditione, etiam si consistentiam acceperit, dignus, Cuiac.*

V.19. cum substratis in conuersione orans) *cum submissi, resipiscens oret, Cuiac.*

V.21. ab eo, qui ecclesiam administrat) *a dispensatore ecclesiae, Cuiac.*

V.22. conuersionis) *resipiscentiae, Cuiac. & v.25.*

V.25. & superet correctionis studio) *& maiori studio ad emendationem feratur, Cuiac.*

Ver. 30. tamquam iam profanum piaculo redditum) *quasi ex scelere iam factum profanum, Cuiac.*

V.31. a sacerdotali) *sacerdotali, Cuiac.*

P.9.v 1. in simplici fornicatione) *in nuda scortatione, Cuiac.*

V.4 conuersio) *resipiscentia, Cuiac.*

Ver.6. Si quis autem &c.) *hoc dicitur esse caput 5. Alexio Aristeno, & Photio tit. 14. c.4.*

V.10. longam peregrinationem) *longum iter, Cuia.*

Cap. VI.

Caput etiam 6. est Alexio Aristeno, & Photio tit. 14. c. 1. de auaritia.

absq; vlla poenae medela a Patrib. nostri praetermissa) *Zonaras contra hanc Gregorij opinionem obicit Gregorij Thaumaturgi cap. 3. quod alijs est cap. 2. item Theophili Alexandr. Episcopi epist. ad Menam. Item de vsuris aperte concilij Nicaeni canon exstat 17. praeter canonem Apostolor. 44. & Carthagin. c. 5. & sextae synodi repetitae cap. 10.*

P.10. v. 12. Quoniam autem &c.) *caput 6. circa medium appellatur a Photio tit. 1. c. 4.*

V.15. Diuiditur autem furtum in latrocinium, & in muror. effossionem) *sub hac specie effossionis comprehenduntur alia furtorum genere, quae clam fiunt, ut effractiones horreorum, siue domorum, uestium, & pecuniarum clandestinae rapinae.*

Cap. VII.

Sic etiam Alexius, & Photius tit. 9. c. 39. de paenitentia. & tit. 13. c. 23. de furib. sepulchrorum uiolatorib. latronib. & sacrilegis.

P.11. v. 14. oeconomo) *hoc est sacerdote, qui dispensare potest.*

Cap. IIX.

Sic etiam Alexius, & Photius d. c. 39. & c. 23.

IN EPISTOLAE CANONICAE GREGORII THAVMATVRGI CAP. XI. NOTAE.

Fletus, seu luctus est extra portam oratorij &c.) *Hic Gregorius superiori Gregorio antiquior est, cognomen ex admirandis signis, atq. operib. habuit. Latina verba Gentiani Herueti interpretis sunt. qui etiam Theodori Balsamonis scholion Latine conuertit. Apud Leonem libro LX. Basilicor. eadem fere inueniuntur omisso Gregorij nomine; uarietatem indicabimus. Fletus, siue luctus* ἡ πρόσκλαυσις *a Gregorio vocatur. Iacobus cuiacius li.60.tit.37.c.18. Basil. ita scribit. Sciendum uero quinque locos, & gradus esse paenitentium. Adploratus, qui hic est, ut consistat reus extra uelum ecclesiae, & ingredientibus flens dicat: Orate pro me. accidens etiam pedibus eorum. Auditio &c. Et ti.39.c.1. post submissionem, consistentiam, & participationem scribit. Adploratus est, consistere delinquentē extra velum ecclesiae, & singulis, qui ingrediuntur, dicere cum gemitu: Orate pro me: accidenter etiam pedib. eorum.*

Auditio est intra portam in ferula &c.) ἡ ἀκρόασις ἔνδοθεν τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι. *Auditio, ut audiat sacras scripturas stans in ostio basilicae. Submissio &c. Cuiac. d. c.18. Ferula locus prope ostium esse uidetur, de quo quaerendum.*

Audiens enim inquit &c.) *Cuius sint uerba haec, ignoro. & fortasse haec sola Gregorii sunt, cetera alicuius interpretis.*

Subiectio autem, seu substratio est &c.) ἡ δὲ ὑπόπτωσις. *Submissio, ut intra uelum ecclesiae in extrema parte ambonis consistat ad catechumenorum preces concurrens. Consistentia &c. Cuiac. d. c.18. Submissio est statio intra uelum ecclesiae, in extrema ambonis parte, cum ipse ad catechumenorum preces concurrit. Consistentia &c. Cuiac. d. c.1.*

intra templi portam stans) *uox stans, pugnare uidetur cum substratione, uel subiectione, uel submissione. unde existens, uel consistens magis placeret, nisi Graece quoque esset* ἱστάμενος. *sed aut mendo non caret, aut ita intelligatur oportet.*

Con-

Congregatio, seu consistentia est &c. ἡ σύστασις. *Consistentia, ut stet cum fidelibus, quoad diuina functio peracta sit. Participatio &c. d.c. 18. Consistentia est cum fidelib. statio, quoad diuina functio peracta sit. Participatio &c. d.c. 1.*

Postremo est participatio sacramentorum) ἡ μέθεξις τῶν ἁγιασμάτων. *Participatio sacrorum, ut uiuificantis panis consors, & particeps fiat. Cuiac. d.c. 18. Participatio sacramentorum, uiuificantis panis communio. Adploratus &c. Idem d.c. 1. Hic locus paenitentium non est, ut superiores. sed statuitur differentia inter consistentes, & participantes: quod illi expertes sunt s oblationum hi uero participes.*

IN CANONES PAENITENTIALES.

QVI CVM GRATIANI Libro edi solent, notae.

QVIA prodesse omnib. cupimus, & non omnes eadem sapiunt, neq. eodem modo discunt, pro singulorum scilicet ingenijs, & institutionib. hos canones vulgo notos praeterire noluimus. Sumuntur autem ex summa Astensi lib. 5. tit. 32. Ante hunc librum Ostiensis Cardinalis eadem paucis exceptis collegit in summa titulo de paeniten. & remission. Addidit quaedam sanctus Bonauentura in confessionali. Item beatus Antonius Archiepiscopus Florentinus in summa, tertia parte, articulo 17. cap. 21. Nos tantum errata quaedam librariorum correximus.

CANONES
PAENITENTIALES,
QVORVM NOTITIA EST VIRIS ECCLESIASTICIS VALDE

necessaria. Sunt autem quaedam regulae directiuae ad paenitentias delinquentibus imponendas.



Onsiderandum est de canonibus paenitentibus. Ad quorum intelligentiam praenotandum est, quod sicut est in scientijs practicis, quae versantur circa opera, quod sermo in vniuersali est incertus, & dubius; sed cum applicatur ad singularia, incipit quodammodo habere certitudinem: vt qui considerat circunstantias particulares, potius deuiet, quam se rectificet: vt patet in Medicina, & scientia morali. Sic est intelligendum in proposito, quod canones instruunt in generali, quomodo est paenitentia imponenda; sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt; qui cōsiderāt circunstātias personarum, attendentes ad canones, sicut ad regulas † directiuas: quia si contra canones imponunt, non recte imponunt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, quod possit Patrum regulis obuiare. dist. 38. nulli. In canonibus autem maxime determinatur paenitentia quo ad tempus; & magis, quam quo ad modum: quia illa determinatio est certior, & communior. Haec Bonauentura 4. dis. 20. q. 3. Vt ergo scias, qualiter debet procedere arbitrium presbyteri, nota, quod regulariter, sicut dictum est supra, septennis est pro peccato mortali paenitentia imponenda: & hoc non tantum propter temporis diuturnitatem, sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moysi lepra percussa, separata fuit extra castra septem diebus. Numeri 12. Maria significat paenitentem; interpretatur enim amarum mare. Haec paenituit septem diebus, sed nunc paenitet septem annis, quod significatum est Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi. Si quaeratur, quare paenitentia sit aggrauata, cum lex noua sit lex misericordiae? Re-

spondeo

ſpondeo, quod hic eſt maior ingratitudo propter maiorem gratiam, & maior contemptus propter maiorem dignitatem nouae legis, in qua Chriſti ſanguis eſt effuſus; & grauius peccatum propter ſtatum peccantis, qui debet eſſe perfectior. Et ulterius ſatisfactio in lege noua debet eſſe perfecta, ut in priſtinum ſtatum reducat. Et quia ſol in una die non redit in idem punctum, ſed in anno; ideo dies conuerſus eſt in annum. Rurſus, quia perfectum remedium eſt in lege noua, ideo annus multiplicari debet per ſeptem; propter ſeptem dona Spiritus ſancti recuperanda, & propter ſeptem dotes, ſcilicet tres animae, & quattuor corporis obtinendas. Huiuſmodi autem paenitentia non eſt omnibus imponenda, nec tamen eſt infirmanda: ſed eſt inſinuanda, ut cognoſcat, quam grauis eſt culpa. haec Bona. ubi ſupra. Licet autem pro ſingulis peccatis criminalibus ſit ſtatuta talis paenitentia, debet tamen imponi magis, uel minus aſpera; prout maioritas, uel minoritas criminis cum ceteris circumſtantijs hoc expoſcit: ut in ſequentibus patet. A praedicta namque regula excipiuntur plurimi † caſus, in quibus propter dignitatem peccantis, uel criminis enormitatem imponitur paenitentia maior. aliquando etiam ex uarijs cauſis minor. Ad hoc ergo, quod presbyter circa paenitentias diſponendo † cautius arbitretur; notandi ſunt caſus, in quibus per canones certae paenitentiae imponuntur: quos ſcilicet canones tenetur presbyter ſcire, ut dictum eſt ſupra. Sunt autem iſti.

† pleriq.

† diſpenſando

Primus eſt, quod ſi presbyter fornicationem fecerit, paenitentiam decem annorum faciat hoc modo. ſcilicet, quod ſit incluſus, ſiue a ceteris in aliquo loco remotus, ſacco indutus, & humi proſtratus, miſericordiam Dei iugiter implorans. primis trib. menſib. continuis a ueſpera in ueſperam pane, & aqua utatur, exceptis Dominicis diebus, & feſtis praecipuis; in quibus modico uino, piſciculis, & leguminibus recreetur. Elapſis autem ſic tribus primis menſibus, de illo loco exeat; non tamen in publicum procedat, ne populus in eum † ſcandalizetur. Et per hoc uidetur, quod in publico crimine loquatur. Poſt hoc reſumptis uiribus aliquantulum, † eo unum annum & dimidium in pane, & aqua expleat: exceptis Dominicis, & alijs praecipuis feſtis; in quibus uino, ſagimine, ouis, & caſeo poterit uti. Finito ſic primo anno & dimidio, particeps ſit corporis Domini, & ad pacem ueniat; & ad pſalmos cum alijs fratribus canendos in choro ultimus recipitur. Ad

Ee cornu

cornu tamen altaris non accedat, sed minorum ordinum tantum officia gerat. Deinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias scilicet secundam, quartam, & sextam, exceptis diebus paschalibus, qui sunt quinquaginta, in pane, & aqua ieiunet. secundam tamen & tertiã vno psalterio, si sit operarius, redimere poterit. Et cum sic septimum annum compleuerit, potest eum Episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamen quod in tribus annis sequentibus, sine ulla redemptione omni sexta feria in pane, & aqua ieiunet. Et eadem paenitentia imponenda est presbytero de omnibus aliis peccatis, quae depositionem inducunt Probantur autem haec omnia 82 dist. presbyter si fornicationem, quod intelligunt quidam de simplici fornicatione. alii, forte melius, secundum Rai. de adulterio, uel incestu: puta, quia cognouit coniugatam consanguineam, vel affinem.

II Secundus casus † est quod si presbyter cognouit filiam suam

† canon spiritualem. quam scilicet baptizauit, uel in baptismo, vel in confirmatione tenuit, uel quae sibi confessa fuit; debet paenitentiam agere duodecim annis: & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando quindecim annis paeniteat, & postea monasterium intret, tota uita sua moraturus ibidem. Episcopus uero, qui talia commisit, paeniteat quindecim annis. Ipsa uero mulier debet omnia sua relinquere, & res suas pauperibus dare, & conuersa usq. ad mortem in monasterio Deo seruire 30.q.1.si quis sacerdos. & c.non debet.

III Tertius est, quod quicumque filiam suam spiritualem, uel matrem cognoscit, septem annis paeniteat; & similiter ei consentiẽtes.30.q 3.non oportet.

IV Quartus est, quod qui contrahit cum aliqua alii desponsata per uerba de praesenti; ipsa dimissa quadraginta diebus ieiunet in pane & aqua, & sequentibus septem annis paeniteat. extra. de spon. duo. accepi[illegible]

V Quintus est, quod qui cognoscit duas commatres, uel sorores, siue uxor viuat, siue non; ad minus septem annis paeniteat, licet plus deberet 30.q.4.si pater.

VI Sextus est, quod qui cognouerit monialem, siue deuotam, decem annis paeniteat: & similiter ipsa, secundum formam traditam 27 q 1 de filia & c.deuotam. In quorum primo cap. dicitur, quod si filia Episcopi, uel presbyteri, uel diaconi post uotum solemne contraxerit matrimonium; non admittatur ad commu-

nionem,

nionem, nisi marito defuncto paenitentiam egerit: si autem eo viuente decesserit, & paenitentiam egerit, & communionem pe tierit, tantum in fine uitae recipiet eam. In secundo capite dicitur quod deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit paenitentiam decem annis: postea recipiatur ad communionem. & antequam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christianae mulieris accedat.

Septimus est, quod qui ignoranter cognoscit duas sorores; vel matrem, & filiam; uel amitam, & neptem: paeniteat septem annis: si autem scienter, perpetuo priuetur † coniugio. 34. q 3. si quis cum duabus. VII

Octauus est, quod qui duxit in uxorem eam, quam polluit per adulterium, paeniteat quinque † annis. 31. quaestione prima si qua uidua. † careat IIX

Nonus est, quod qui contra naturam peccauit, si sit clericus, debet deponi, uel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam paenitentiam peragendam. Si uero sit laicus, a coetu fidelium usq. ad condignam satisfactionem debet fieri alienus. extra. de excess. Praela. cleri. Hoc enim vitium maius est quam cognoscere matrem. 32. q. 7. adulterii. & est Aug. Adulterij, inquit, malũ vincit fornicationem: vincitur autem ab incestu. Peius enim est, cum matre, quam cum aliena uxore concumbere; sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit: ut si vir membro mulieris non ad hoc concesso uoluerit uti. haec Aug. Quocumq. autem modo tale factum exerceatur, praeterquam inter uirum, & feminam ordinate, in uase debito; uitium contra naturam iudicatur; ut dicit Rai. †septem IX

Decimus est, quod qui coierit cum brutis, paeniteat plus, quam septem annis: & similiter pro incestu. 33. q. 2. hoc ipsum. & p. seq. X

Vndecimus est, quod presbyter qui interest clãdestinis nuptiis, triennio suspenditur: & si culpa exegerit, grauius puniatur. extra. de clan. despon. cum inhibitio. XI

Duodecimus est, quod qui uotum simplex violauerit, paeniteat tribus annis. 27. dist. si vir. XII

Decimus tertius est, quod qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio paenitere; & feria secunda, quarta & sexta a uino, & carnibus abstinere. 11. quaestio. tertia de illis. De poena uero XIII

degradati celebrantis habetur 50 distin. accedens.

XVI Decimus quartus est, quod homicida voluntarius sine spe restitutionis deponitur: & paeniteat septem annis. distinctio. 50. miror.

XVI Decimus quintus est, quod homicida casualis paeniteat quinque annis: & hoc, secundum Rainut si culpa casum praecessit aliter non, nisi forte ad cautelam. dist. 50. eos, & duobus capit. sequentibus.

Decimus sextus est, quod si quis fecerit homicidium propter necessitatem euitabilem, paeniteat duobus annis. dist. 50. cap. de
† sicut his clericis. quae licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50 distin. quia te. Quod uerum est quo ad culpam; sed bonū
† vero esset, quod paeniteret quo ad cautelam, & innocentiam suam ecclesiae ostendendam extra. de homi. c. 2. p. ulti. Et secundum Rai. forte distingui potest in homicidio necessario sic † in casuali; scilicet, utrum culpa praecesserit necessitatem, uel non. ar. dist. 50. de his no. † extra. de homi. interfecisti. Sed & si quis per insaniam committit homicidium, non ei imputatur. 3. q. 9. in sicas. Quin etiam qui intuitu disciplinae incaute percutiendo occiderit, deponitur. extra. de homi. presbyterum 15. q. 1. si quis non iratus Sed & qui ligatum latronem interficit, deponitur. extra de homi. suscepimus Qui autem latronem occultum occidit, quem uiuum comprehendere potuit; quadraginta diebus non intret ecclesiam: & alias paenitere debet. extra. eo. c. 2. ubi de hoc dicitur. Qui vero Paganum, uel Iudaeum occidit, paeniteat quadraginta diebus. dist. 50 qui uero odij.

XVII Decimus septimus est, quod matricida paeniteat decem annis,
† asperā secundum formam satis aperte † traditam. 33 q 2. latorem. Vxoricidae uero grauior paenitentia debet imponi. Talis enim, & qui dominum occidit, nunquam equitat; nec uehiculo portatur, nec matrimonium contrahit: usque ad decem annos carnes non comedit, nec uinum bibit; & alia, quae habentur 33. q. 2. admonere. & c quicumque. Imponitur atuem paenitentia maior uxoricidae, nō quia illud peccatū sit grauius isto: sed quia homines proniores sunt ad occidendum vxores quam matres. Maius enim peccatum est, occidere matrem quam uxorem, ut dicit Bonaue. in 4. sententiar & communiter omnes doct Gui. uero Duran. tenet contrarium in repertorio, pro eo quod uxoricidae imponitur paenitentia maior. Mihi autem magis placet sententia aliorum.

Sed

Sed qualem paenitentiam agere debent qui filios occidunt? Respondeo. Aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerunt; & sic debet eis imponi paenitentia maior, quam pro alio homicidio. ar. extra eo c. vlt in tex & glo & de homi cum iuramento. de paen. dist 1. aut facta. In hoc tamen casu vir vxorem recuperat, quam coactus abiurauerat. & ipsa paenitentiam agit secundum arbitriũ Episcopi, ita quod si habet alios filios, pacifice gubernare possit eos extra. c intelleximus. quod si uirum non habet, induci debet, vt intret religionem ad quod si non potest induci, tutius est, ei dare licentiam nubendi. ut extra eo. uenien. Et hoc, quando timetur de incontinentia, alias non. ut patet. 33. q. 2. in adolescentia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere: & ei grauior quam laico, non tamen publica, nisi ueniat in publicum. paenitentia debet imponi. ut extra. de pae. quaesitum. Aut certum est, quod non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerunt, sed casu fortuito contigit. & sic districto iure in nullo tenentur. ar. extra. de homi ex litteris. 2. & c Ioannes. & c. ult. nisi uelint ad cautelam paenitere. In dubio tamen praesumitur, quod non hoc ex certa scientia, sed potius ex incuria prouenerit. extra. de praesum. afferre. Aut certum est, quod non adhibuerunt omnem diligentiam, quã potuerunt, & debuerunt: & sic culpa praecessit causam. Et si sit grauis culpa, ut si posuit puerum in medio utriusque secundum arbitrium paenitentiarij imponitur paenitentia quinque vel septem annorum. 50. dist. si qua femina. & c. se. & c. si quis sponte, occulta, si sit occultum; publica, si sit publicum. & maior, si in lecto suffocetur, quam si in cunis: & maior presbytero Graeco, quam laico. ut habetur extra. de paen. quaesitum. Et licet dispensetur quo ad paenitentiam, quae est arbitraria, ut dicitur ibidem: non tamen quo ad ordines, propter homicidium, quod est delictum enorme, & dispensabile. distinct. 50 miror. Si autem culpa, quae precessit casum, sit leuis: ut si posuit puerum in eodem lecto, longe tamen a se; imponitur paenitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra. eodem de infantibus. Monendi ergo sunt parentes, quod tam tenellos secum in vno non collocent lecto: ne qualibet negligentia interueniente, opprimantur, & suffocentur, ut 2. q. 5. consuluisti. Et hoc modo distinguit Ostien. & Bern. extra eo. de infantibus. Quid de illis, qui filios vel seruos suos; infantes, uel etiam adultos languidos. relegata

pietate

pietate exponunt, id est, extra se ponunt ante ecclesias, ut aliqui moti misericordia colligant eos? Respondeo. Tales grauiter peccant. quia cum ignoretur saepe consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore, vel cum consanguinea. ideo exponens tenetur de hoc peccato paenitere, & est puniendus: sicut expositus si scienter cum tali contraheret, puniretur. extra de paen. & remiss. officij secundum Osti. Talis enim secundum Rai. est tamquam homicida iudicandus, qui hominem sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Consideratis tamen circunstantijs, & utrum ob hoc mors secuta fuerit, vel non fuerit; paenitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, secundum Rai. si mors inde sit secuta: quia scilicet fuerunt in culpa, eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen secundum Rod. si in nulla culpa fuissent, quia forte nec eleemosynas quaerendo, nec aliter eos alere possent; irregulares non essent, nec peccarent.

XIIX Decimus octauus est, quod qui presbyterum interficit, paeniteat duodecim annis. extra. de paen. & re. c. 2. De paenitentia vero eius, qui occidit monachum, vel clericum, subdiaconum, vel diaconum, habetur 17. q 4. qui occiderit. De paenitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. si quis.

XIX Decimus nonus est, quod qui iniuste alium ad mortem accusat, quadraginta diebus in pane, & aqua per septem annos ieiunet, & paeniteat: & hoc, si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdiderit, trienn o paeniteat. extra de accu. accusati. Osti. vero, & Io. de Deo intellexerunt, quod primus paeniteat per septem annos, quolibet anno ieiunando quadraginta diebus in pane, & aqua. secundus vero per tres annos. G. uero Durand. intellexit prout littera magis sonat: scilicet, quod primus ieiunabit quadraginta diebus in pane, & aqua, siue continue, siue interpollate: & per septem annos ieiunabit, & paenitebit, non tamen in pane, & aqua, sed ad arbitrium presbyteri. secundus vero per tres quadragesimas: prima ante Natalem Domini, secunda ante Pascha, tertia ante sanctum Ioannem Baptis. has enim instituit beatus Petrus, ut habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane, & aqua. Probantur haec secundum Osti. 22. q. 5. c. 1. 2. & 3. & 4.

XX Vigesimus, quod periurus quadraginta diebus in pane, & aqua ieiunet, & septem annis sequentibus paeniteat: & sem-

per

per debet esse in paenitentia, scilicet interiori. 6. quaestio. 1. quicumque.

Vigesimus primus, quod qui compulsus conditionaliter a domino, scienter peierat; si liber sit, quadraginta diebus in pane, & aqua & hoc secundum glo intell ge, uel continue, uel interpol late paeniteat: & septem annis sequentibus, non tamen in pane, & aqua, vt dicit glo. Si vero seruus sit eius, qui eum coegit, trib. quadragesimis, & legitimis ferijs, scilicet secunda, quarta, & sexta. 22. q. 5. qui compulsus. XXI

Vigesimus secundus, quod qui peierat in manu Episcopi, vel in cruce consecrata; paeniteat tribus annis. Si vero in cruce non consecrata, vno anno. Qui vero coactus. & ignorans ignorantia iuris, & postea cognoscit; paeniteat tribus quadragesimis. 22. q. 5. c. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda, vel qualibet causa, uel necessitate peierat, quia corpus plus quam animam dilexit, tribus quadragesimis paeniteat. ea. c. si quis coactus. Alij inducunt tres annos, & vnum ex his in pane, & aqua. XXII

Vigesimus tertius est, quod qui falsum scienter iurat, vel alium iurare cogit, diebus quadraginta paeniteat in pane, & aqua: & septem sequentibus annis: & numquam sit sine paenitentia, scilicet interiori. Alij, si conscij fuerint, similiter paeniteant. 22. q. 5. si quis peier uerit. XXIII

Vigesimus quartus, quod qui mensurat in falsa mensura, triginta diebus in pane, & aqua ieiunet. extra. de emptio. & vend. ut mensurae. De poena uero falsarij literarum habetur extra. eo. ad audientiam. & cap. dura. & c. ad falsariorum. & de verb. signific. nouimus. XXIV

Vigesimus quintus est, quod qui frangunt paenitentiam solemnem, siue redeundo ad crimina priora, vel similia; siue redeundo ad negotiationem, uel militiam saecularem, quae sibi fuerant interdicta, sola intra ecclesiam fidelibus oratione iunguntur: a communione suspenduntur, a catholicorum conuiuijs separantur, & paenitere debent decem annis, & communicent in fine vitae. 33. q. 2. de his vero. & de pae. dist. 5. si quis vero. XXV

Vigesimus sextus est, quod qui canit Missam, & non communicat, debet vno anno paenitere, & interim Missas non cantare. de consec. dist. 2. relatum. XXVI

Vigesimus septimus est, quod presbyter qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, paeniteat decem annis, & mensibus XXVII

quinq.

quinq. diaconus vero triennio, & dimidio. de conse. dist. 1. nemo per ignorantiam.

XXIIX Vigesimus octauus, quod qui committit sacrilegium ecclesiam violando; vel chrisma, siue calicem sacrum pollutis manibus accipit, uel similia sacrilegia committit: paeniteat septem annis. Primo anno extra coemeterium, quod violauit, consistat: secundo anno ante fores ecclesiae: tertio in ecclesia. Et in hoc triennio carnes non comedat, vinum non bibat, nisi in Pascha, uel Natali; non offerat, nec communionem accipiat. Quarto anno communicabit: & in illo, & in quinto, & in sexto, & in septimo tribus ferijs a carnibus, & vino abstineat ieiunando. 12. q. 2. de uiro. Comburens autem ecclesiam, quindecim annis paeniteat, & eam restituat. 17. q. 4. p. si quis. & in uersi. maius. De poena uero raptoris, siue furis rei ecclesiasticae, & de poena furis, & effractoris iam clerici, quam laici, habetur eadem q. p. peccata. & c. si quis clericus.

XXIX Vigesimus nonus, quod si parentes frangunt sponsalia filiorum, a communione triennio separantur; & similiter filij, si sint in culpa. si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint, excusantur utiq. scilicet quo ad poenam ecclesiae, sed non quo ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q. 3. si qui parentes. arg. de paen. dist. 1. si cui.

XXX Trigesimus est, quod qui blasphemauerit publice Deum, uel aliquem Sanctorum, & maxime beatam Virginem, illi debet Episcopus hanc paenitentiam iniungere: scilicet, ut septem diebus Dominicis prae foribus ecclesiae in manifesto, dum Missa cantatur, existat; & ultimo illorum dierum Dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem praecedentibus sextis ferijs in pane, & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus: & quolibet praedictorum dierum tres pauperes, uel duos, vel saltem vnum reficiat, si potest: & si non potest, haec poena in aliam commutetur. quod si renuerit agere omnia supradicta, interdicatur sibi ecclesia, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. extra de maledi. statuimus. Item blasphemus, si diues fuerit, quadraginta, alioquin, triginta, uel uiginti; & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum usualis monetae poena multetur: nullamque misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, scilicet, quin soluat quinque solidos, quos si non habet, currat per ciuitatem, uel commutetur in poenam

poenam aliam temporalem haec autem poena soluetur ei, qui cō demnat, id est, potestati saeculari Hanc enim poenam temporalem praecepit Papa imponi per potestatem temporalem. quod si neglexerit per Episcopum praecipit cogi. haec Osti. Habet autem praedicta poena locum, secundum Gofe. cum quis blasphemat non ex ira, vel ebrietate, uel dementia; quia tunc cum eo benignius ageretur. 2.q.3 si quis iratus. p notandnm. Secundum uero Osti. haec poena est specialiter inducta contra eos, qui Deum b'asphemant ex ira Non enim aliquis de leui blasphemat Deum, nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quod aequipararetur dementiae: & tunc illud, quod dicit Gof. locum posset habere. haec Ostien Quid si quis iuret per caput, uel per uentrem, uel capillum? Respondet Osti. quod si faciat hoc affirmando, uel iurando, non habet locum haec poena. secus est, si faciat hoc detestando, uel uituperando, licet iratus. Item secundum Gofre & Osti. haec, quae dicuntur de poena temporali, † vel pecuniaria, fiunt iudice pro tribunali sedente in iudicio autem animae presbyter discretus molliendo rigorem, dispensare poterit ex causa circa poenam, spiritualem superiorem. 26 q.7. paenitentib haec Hostien. Item blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad ueniam postulandam. quod si noluerit, degradetur distin. 46. clericus. Notandum uero, quod blasphemus, secundum leges est decapitandus. ut in authen. ut non luxu contra natu circa medium colla. 6. secundum uero canonem antiquum clericus erat degradandus, & laicus excommunicandus. 22. q. 1. si quis per capillum. Hodie uero laicus aget paenitentiam supradictam, scilicet, illius canonis statuimus. & hoc, si publice blasphemauit. Si enim occulte, non paenitebit publice, vt puto. clericus uero hodie est corrigendus poena arbitraria, & occulta, non illa quae est publica. clericus enim publice non debet paenitere. Si autem rebellis fuerit, uel saepius hoc commiserit, locum habet poena legis; scilicet ut laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, id est, ecclesiae ingressus sibi interdicatur, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura: clericus uero degradetur. haec Hostien tit. de maledicis.

† corporali. f.

Trigesimus primus, de presbytero, qui reuelat confessionem, quod de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus uitae suae ignominiosus peregrinari. de paeni. dist. 6. sacerdos. XXXI.

XXXII Trigesimus secundus est, quod qui in dicendis horis canonicis, & aliis officijs diuinis discrepat a consuetudine propriae metropolitanae ecclesiae, sex mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu, 12. dist. de his.

XXXIII Trigesimus tertius, quod Episcopus, qui ordinat sine causa iusta clericum inuitum, aut reclamantem, vel penitus inuitum; absolute suspenditur anno vno. 74. dist. c. 1.

XXXIV Trigesimus quartus, quod Episcopus qui correctionem de venditione ministeriorum dissimulat, duobus mensibus, presbyter quattuor, diaconus tribus, subdiaconus, & ceteri ad arbitrium iudicis paenitere debent. 1 q 1. quidquid inuisibilis.

XXXV Trigesimus quintus, quod sortilegus quadraginta diebus paeniteat. extra. de sortile. c. 1.

XXXVI Trigesimus sextus, quod qui uidet in astrolabio, paeniteat duobus annis. extra. de sortile. ex tuorum.

XXXVII Trigesimus septimus est de stilla sanguinis altaris cadentis super terram, vel aliquid aliud, propter negligentiam presbyteri; debet presbyter paenitere quadraginta diebus. Si cecidit super pallio altaris, paeniteat quattuor diebus. de conse. dist. 2. c. si per negligentiam.

XXXIIX Trigesimus octauus est, quod si aliquis euomit eucharistiam propter ebrietatem, uel voracitatem; si laicus, paeniteat quadraginta diebus: si clericus, uel monachus, uel presbyter, vel diaconus, paeniteat septuaginta diebus: si Episcopus, paeniteat nonaginta diebus, & debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari. Si uero causa infirmitatis euomuerit, septem diebus paeniteat. de conse. dist. 2. si quis propter ebrietatem.

XXXIX Trigesimus nonus est, quando mus corrodit, uel comedit corpus Christi. De paenitentia huius casus inquire ubi sit notata, de conse. dist. 2. circa finem c. qui bene.

XL. Quadragesimus, quod qui domum, vel aream voluntarie incendit, sublata, uel incensa omnia restituat, & tribus annis paeniteat. extra de iniuriis. si quis domum. Canon tamen dicit, quod si ex odio, uel iniuria hoc fecerit, excommunicari debet; nec absolui, donec satisfecerit, & iurauerit, quod ignem de cetero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hierosolymam, uel in Hispaniam, vadat, in Dei seruitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxauerit, damnum restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. 23. q. 8. pessimam.

8.pessimam. Hodie autem postquam sunt denuntiati, non possunt citra sedem Apostolicam absolui.extra de sen.excommu.tua nos.Immo tex.loquitur de incendiariis indistincte,postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expresse,& Gra. † extra.de sen.excommunica.quicumque.& Gof.licet Rodul.contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bestijs: si sit in aliquo gradu, decapitatur, uel in insulam relegatur. D.de incen.rui.nau.l. fin. Qui uero alibi, ut in villis, vel castris ibidem aedes positas combusserit; si hoc dolo fecerit, comburitur. Et hoc intelligendum secundum Osti si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum; uel si minus idoneus sit, parum, vel leuiter castigetur. Et nomine aedium omne aedificium continetur, vt ibidem dicitur.l qui aedes. † Gratianus

Quadragesimus primus est, quod qui dederit, uel acceperit communionem ab haeretico, & nescit hoc esse prohibitum ab ecclesia, & postea intelligit, paeniteat uno anno. Si autem sciuit, & neglexit,paeniteat decem annis: uel secundum quosdam, septem: uel secundum alios, quinque. Qui uero permittit haereticum Missam celebrare in ecclesia catholica, per ignorantiam iuris; paeniteat quadraginta diebus.si pro reuerentia eius, per annum paeniteat.si pro damnatione ecclesiae catholicae, & pro consuetudine Romanorum,proijciatur ab ecclesia, sicut haereticus, si sit impaenitens: alioquin paeniteat decem annis. Si autem relicta ecclesia ad haereticos transierit, & alios ad hoc induxerit; paeniteat duodecim annis: tribus extra ecclesiam, septem inter audientes, duobus extra communionem; & duodecimo anno communionem sine oblatione percipiat. 24.q.1.si quis dederit. XLI

Quadragesimus secundus, quod patronus, qui res ecclesiae dilapidat, vno anno peniteat, 17.q.7. XLII

Quadragesimus tertius, quod qui domum suam magicis, & incantatoribus lustrat, uel aliud facit; & qui ei hoc consuluit, annis quinque paeniteat. 26.q.5.qui diuinationes.& c. non liceat. XLIII

Quadragesimus quartus, quod qui pacem cum proximo suo non facere iurat, vno anno paeniteat,& ad pacem redeat.22.q.4. qui sacramento. XLIV.

Quadragesimus quintus, quod pro periurio, adulterio, homicidio, dantur pro paenitentia regulariter septem anni; & simul pro fornicatione, licet non ita aspera paenitentia iniungatur. XLV

tur.22 q.1.praedicandum. 33 q 2 hoc ipsum & p. seq.

XLVI Quadragesimus sextus est, quod qui scienter rebaptizatur, septem annis paeniteat: & feria quarta, & sexta in pane, & aqua ieiunando tres quadragesimas faciat: & hoc, si fecit pro haeresi introducenda. si autem pro munditia, vel pro salute corporis obtinenda, vt extra. de aposta c.2. tribus annis paeniteat de conse. dist.4. qui bis. & talis, qui bis baptizatur; vel confirmatur, fit de foro ecclesiae, & cogitur fieri regularis. dis.34. dictum est. De poena autem talium habetur de conse. dist.4. eos. Cuius capituli sententiam praetermitto gratia breuitatis.

XLVII Quadragesimus septimus, quod qui uxorem alteram cognoscit ante quam paeniteat, tribus annis paeniteat 32.q.1. si quis secundo. Qui uero cognoscit eam paenitentem ante paenitentiam peractam, paeniteat duobus annis, ea q. si quis primo. Quomodo uero paenitentia iniungenda sit mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non uiro suo concipienti, habetur extra de paeni. & rem. officij.

Ad regulas igitur praedictas inspiciendo potest studiosus indagator procedere ad paenitentias pro diuersis criminibus secundũ canones imponendas: & ex causa, consideratis circunstantijs, vt dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circunstantiae sint diligenter attendendae, principaliter tamen qualitates personae; & praecipue, utrum sit persona obnoxia alicui aliquo vinculo seruitutis: nam circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talem paenitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt astrictae, praeiudicium fiat: maxime circa coniugatos. vnde si seruus sit, & timore peccauerit obediens domino suo; in atrocioribus est mitius puniendus. 22.q.5. qui compulsus obedire tamen non tenebatur in talibus. 11. q. 3. si dominus. Si autem voluntariae peccauerit, corpore punietur etiam acrius, quam alius. 24 q 1. qui contra pacem. Nec est seruo, iniungenda peregrinatio, per quam dominus eius, qui non est in culpa, illius seruitio defraudetur. ext ra de sen. excom. relatum. Si uero liber sit, totam paenitentiam canonis, si fieri potest, facere debet: sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerãdum etiam erit, utrum sit persona noua in fide: quia nouis in fide minor debet etiam paenitentia imponi. extra. de pae. & rem. Deus qui. Et similiter considerandae erunt aliae personarũ circunstantiae: de quib. ad praesens supersedo gratia breuitatis.

Scien-

Sciendum autem, quod in foro paenitentiali dicuntur legitimae feriae, secunda, quarta, & sexta feria. dist 82. presbyter. de cōse. dist. 3 ieiunia. Aliqui tamen, ut dicit Rod pro secunda feria ponunt sabbatum.

Insuper notandum est, quod si paenitentia in pane, & aqua imponatur non habenti panem; potest loco panis leguminibus, & pisciculis uesci, & etiam aliis, si necessitas illud requirat extra de pae & rem. licet. in tex. & glo. alias non licet.

No. etiam, secundum Io. si paenitentia sit imposita a canone, liberat quis a ieiunio dādo denariū, vel legēdo p alteriū ꝓpria aucto ritate. Inn. vero dicit, qđ ieiunia necessaria, ut quattuor tꝑum, & huiusmodi, non possunt redimi, nisi subsit rationabilis causa, uoluntaria uero redimi possunt, etiam sine auctoritate superioris.

Hoc etiam nota, quod ubi imponitur paenitentia aliquot annorum, siue quadragesimarum, nec additur, quomodo quis debet paenitere; hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum paenitentiae sint arbitrariae, ut dictum est supra. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam, secundum canones 50. dist. de his clericis. extra. de homici. c. 2. & in multis aliis iuribus. Et sic intelligitur illud extra de ac. accusasti, & de sponsa. dilectus. & similia.

F I N I S.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes ſunt duerniones.

VENETIIS.

Apud Felicem Valgriſium. 1584.

